

TRACTATUS XLIX

Ego sum resurrectio et vita (Io 11, 1-54).

Plus est homines creare quam resuscitare. Dignatus est tamen Dominus et creare et resuscitare: creare omnes, resuscitare quosdam. Sufficit tibi ut scias quia si vellet, omnes mortuos suscitaret. Et hoc quidem sibi ad finem saeculi reservavit.

Plus est homines creare quam resuscitare.

1. Inter omnia miracula quae fecit Dominus noster Iesus Christus, Lazari resurrectio praecipue praedicatur. Sed si attendamus quis fecerit, delectari debemus potius quam mirari. Ille suscitavit hominem, qui fecit hominem; ipse enim est Unicus Patris, per quem, sicut nostis, facta sunt omnia. Si ergo per illum facta sunt omnia, quid mirum est si resurrexit unus per illum, cum tot quotidie nascantur per illum? Plus est homines creare quam resuscitare. Dignatus est tamen et creare et resuscitare; creare omnes, resuscitare quosdam. Nam cum multa fecisset Dominus Iesus, non omnia scripta sunt; sicut idem ipse sanctus Ioannes evangelista testatur multa Dominum Christum et dixisse et fecisse quae scripta non sunt: electa sunt autem quae scriberentur, quae salutem credentium sufficere videbantur. Audisti enim quia Dominus Iesus mortuum suscitavit: sufficit tibi ut scias quia si vellet, omnes mortuos suscitaret. Et hoc quidem sibi ad finem saeculi reservavit. Nam quem audistis magno miraculo quadriduanum mortuum suscitasse de sepulcro, *veniet hora*, sicut ipse ait, *quando omnes qui sunt in monumentis, audient vocem eius et procedent*. Resuscitavit putentem, sed tamen in cadavere putente adhuc erat forma membrorum; ille in novissimo die ad unam vocem cineres est restitutus in carnem. Sed oportebat ut modo aliqua faceret, quibus datis velut suae virtutis indicia credamus in eum, et ad illam resurrectionem praeparemur, quae erit ad vitam, non ad iudicium. Ita quippe ait: *Veniet hora quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius: et procedent qui bene fecerunt, ad resurrectionem vitae; qui male egerunt, ad resurrectionem iudicii*.

Domini facta sunt signa.

2. Tres tamen mortuos a Domino resuscitados in Evangelio legimus, et forte non frustra. Domini quippe facta non sunt tantummodo facta, sed signa. Si ergo signa sunt, praeter id quod mira sunt, aliquid profecto significant: quorum factorum significationem invenire, aliquanto est operosius, quam ea legere vel audire. Admirantes audiebamus, tamquam magni miraculi spectaculo ante nostros oculos constituto, cum Evangelium legeretur, quemadmodum revixerit Lazarus. Si attendamus mirabilia opera Christi, omnis qui credit, resurgit: si attendamus omnes, et intellegamus detestabiliores mortes, omnis qui peccat moritur. Sed mortem carnis omnis homo timet, mortem animae pauci. Pro morte carnis quae sine dubio quandoque ventura est, curant omnes ne veniat: inde est quod laborant. Laborat ne moriatur homo moriturus, et non laborat ne peccet homo in aeternum victurus. Et cum laborat ne moriatur, sine causa laborat; id enim agit ut multum mors differatur, non ut evadatur: si autem peccare nolit, non laborabit, et vivet in aeternum. O si possemus excitare homines, et cum ipsis pariter excitari, ut tales essemus amatores vitae permanentis, quales sunt homines amatores vitae fugientis! Quid non facit homo sub mortis periculo constitutus? Gladio impendente cervicibus, prodiderunt homines quidquid sibi, unde viverent, reservabant. Quis non continuo prodidit ne percuteretur? Et post prodicionem fortasse percussus est. Quis non, ut viveret, continuo perdere voluit unde viveret, eligens vitam mendicantem quam celerem mortem? Cui dictum est: Naviga ne moriaris; et distulit? Cui dictum est: Labora ne moriaris; et piger fuit? Levia Deus iubet, ut in aeternum vivamus; et obedire neglegimus. Non tibi Deus dicit: Perde quidquid habes, ut vivas exiguo tempore in labore sollicitus; sed: Da pauperi unde habes, ut vivas semper sine labore securus. Accusant nos amatores vitae temporalis, quam nec cum volunt, nec quamdiu volunt habent: et nos invicem non accusamus, tam pigri, tam tepidi ad capessendam vitam aeternam, quam si voluerimus habebimus, cum habuerimus non amitteremus; hanc autem mortem quam timemus, etiamsi noluerimus, habebimus.

Tres mortui a Christo resuscitati.

3. Si ergo Dominus magna sua gratia, et magna sua misericordia animas suscitavit, ne moriamur in aeternum; bene intellegimus tres illos mortuos quos in corporibus suscitavit, aliquid significare et figurare de resurrectionibus animarum quae fiunt per fidem: resuscitavit filiam archisynagogi adhuc in domo iacentem; resuscitavit iuvenem filium viduae extra portas civitatis elatum; resuscitavit Lazarum sepultum quadriduanum. Intueatur quisque animam suam: si peccat, moritur; peccatum, mors est animae. Sed aliquando in cogitatione peccatur. Delectavit quod malum est, consensisti,

*Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania de castello Mariae et Martae.*¹ Plurima vero in hoc miraculo Lazari manifesta sunt. Expositionem in singulis non quaeramus, ut liberius, necessaria pertractemus. In superiore lectione meministis quod Dominus exiit de manibus eorum qui lapidare eum voluerunt, et discessit trans Jordanem, ubi Johannes baptizabat.² Ibi ergo Domino constituto infirmabatur in Bethania Lazarus, quod castellum erat proximum Jerosolymis.

Maria autem erat quae unxerat Dominum unguento, et extersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus infirmabatur.³

*Miserunt ergo sorores ejus ad eum, dicentes.*⁴ Jam intelligimus quia miserunt ubi erat Dominus, quoniam absens erat. Trans Jordanem, scilicet, miserunt ad Dominum, nuntiantes quod aegrotaret frater earum, ut, si dignaretur, veniret, et eum ab aegritudine liberaret. Ille distulit sanare, ut posset resuscitare. Quid ergo nuntiaverunt sorores ejus?

*Domine, ecce quem amas, infirmatur.*⁵ Non dixerunt Veni; amanti enim tantummodo nuntiandum fuit. Non ausae sunt dicere Veni et sana. Non ausae sunt dicere: ibi jube, et hic fiet. Cur enim non hoc et iste⁶, si fides illius centurionis, inde laudatur? Ait enim: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus* (Marc, VIII).⁷ Nihil horum iste, sed tantummodo: *Domine, ecce quem amas, infirmatur*. Sufficit ut noveris, non enim amas, et deseris. Dicit aliquis: Quomodo per Lazarum peccator significabatur, et a Domino sic amatur? Audiatur eum dicentem: *Non veni vocare justos, sed peccatores* (Marc. II). Si enim peccatores Dominus non amaret, similitudinem carnis peccati non indueret.

*Audiens autem Jesus, dixit illis: Infirmitas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei.*⁸ Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis profuit. Hoc ergo ait: *Non est ad mortem,*

Un certo Lazzaro di Betània, il villaggio di Maria e di Marta [...], era malato. Molte cose, per la verità, in questo miracolo di Lazzaro vengono manifestate. Non vogliamo una esposizione di ogni singola cosa, per essere più liberi di trattare quelle necessarie.

Dalla lettura precedente ricorderete che il Signore sfuggì dalle mani di coloro che volevano lapidarlo, e si ritirò oltre il Giordano, dove Giovanni battezzava. Ora, mentre il Signore stava in quel luogo, Lazzaro si era ammalato in Betania, villaggio che era vicino a Gerusalemme.

Maria era quella che cospargé di profumo il Signore e gli asciugò i piedi con i suoi capelli; suo fratello Lazzaro era malato.

Le sorelle mandarono dunque a dirgli. Sappiamo già perché mandarono dove era il Signore: poiché era assente. Quindi mandarono al Signore al di là del Giordano, per annunciare che il loro fratello era ammalato, e di venire, se gli fosse garbato, a liberarlo dalla malattia. Egli differì il guarire, per poterlo risuscitare. Cosa dunque gli mandarono a dire le sorelle di lui?

«*Signore, ecco, colui che tu ami è malato*». Non dissero: Vieni; A lui che amava fu soltanto da annunciare. Non osarono dire: Vieni e guarisci. Non osarono dire: Qui comanda, e là sarà fatto. Perché dunque non così anch'esse, se la fede del centurione era stata lodata per questo? Infatti disse: *io non sono degno che tu entri sotto il mio tetto, ma di' soltanto una parola e il mio servo sarà guarito* (Mt 8, 8). Esse niente di tutto ciò, ma soltanto: *Signore, ecco, colui che tu ami è malato*. È sufficiente che tu sappia; infatti non [puoi] amare e essere assente. Qualcuno dirà: Come poteva Lazzaro rappresentare il peccatore, ed essere quindi amato dal Signore? Lo ascolti dire: *io non sono venuto a chiamare i giusti, ma i peccatori* (Mc 2, 17). Se infatti il Signore non avesse amato i peccatori, non avrebbe rivestito una carne simile.

All'udire questo, Gesù disse: «Questa malattia non porterà alla morte, ma è per la gloria di Dio, affinché [...] il Figlio di Dio venga glorificato». Questa sua glorificazione non aggiunse nulla [a lui], ma giovò a noi. Disse dunque ciò: *Non era*

peccasti; consensio illa occidit te: sed intus est mors, quia cogitatum malum nondum processit in factum. Talem animam resuscitare se significans Dominus, resuscitavit illam puellam quae nondum erat foras elata, sed in domo mortua iacebat, quasi peccatum latebat. Si autem non solum malae delectationi consensisti, sed etiam ipsum malum fecisti; quasi mortuum extra portam extulisti: iam foris es, et mortuus elatus es. Tamen et ipsum Dominus resuscitavit, et reddidit viduae matri suae. Si peccasti, poeniteat te: et resuscitat te Dominus, et reddet Ecclesiae matri tuae. Tertius mortuus est Lazarus. Est genus mortis immane, mala consuetudo appellatur. Aliud est enim peccare, aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat et continuo corrigitur, cito reviviscit: quia nondum est implicatus consuetudine, non est sepultus. Qui autem peccare consuevit, sepultus est, et bene de illo dicitur, *fetet*: incipit enim habere pessimam famam, tamquam odorem teterrimum. Tales sunt omnes assueti sceleribus, perdit moribus. Dicit ei: Noli facere. Quando te audit quem terra sic premit, et tabe corrumpitur, et mole consuetudinis praegravatur? Nec ad ipsum tamen resuscitandum minor fuit virtus Christi. Novimus, vidimus, quotidie videmus homines, pessima consuetudine permutata vivere melius, quam vivunt qui reprehendebant. Detestaberis hominem: ecce ipsa soror Lazari (si tamen ipsa est quae pedes Domini unxit unguento, et tersit capillis suis quos laverat lacrymis) melius suscitata est quam frater eius: de magna malae consuetudinis mole est liberata. Erat enim famosa peccatrix: et de illa dictum est: *Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*. Videmus multos, novimus multos: nemo desperet, nemo de se praesumat. Et desperare malum est, et de se praesumere. Sic noli desperare, ut eligas de quo debeas praesumere.

4. Ergo et Lazarum Dominus suscitavit. Audistis qualem, id est, quid significet Lazari resurrectio. Legamus itaque iam; et quoniam multa in hac lectione manifesta sunt, expositionem in singulis non quaeramus, ut necessaria pertractemus. *Erat autem quidam languens, Lazarus a Bethania, de castello Mariae et Marthae sororum eius.*

In superiore lectione meministis quod Dominus exiit de manibus eorum qui lapidare illum voluerunt, et discessit trans Iordanem ubi Ioannes baptizabat. Ibi ergo Domino constituto, infirmabatur in Bethania Lazarus, quod castellum erat proximum Ierosolymis.

Sufficit ut noverit; non enim amat et deserit.

5. *Maria autem erat quae unxit Dominum unguento, et extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur.*

Miserunt ergo sorores ejus ad eum, dicentes. Jam intellegimus quo miserunt, ubi erat Dominus: quoniam absens erat, trans Iordanem scilicet. Miserunt ad Dominum, nuntiantes quod aegrotaret frater earum: ut si dignaretur veniret, et eum ab aegritudine liberaret. Ille distulit sanare, ut posset resuscitare. Quid ergo renuntiaverunt sorores ejus?

Domine, ecce quem amas infirmatur. Non dixerunt: Veni; amanti enim tantummodo nuntiandum fuit. Non ausae sunt dicere: Veni, et sana: non ausae sunt dicere: Ibi iube, et hic fiet. Cur enim non et istae, si fides illius Centurionis inde laudatur?

Ait enim: *Non sum dignus ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus*. Nihil horum istae, sed tantummodo: *Domine, ecce quem amas infirmatur*. Sufficit ut noveris; non enim amas, et deseris. Dicit aliquis: Quomodo per Lazarum peccator significabatur, et a Domino sic amabatur? Audiatur eum dicentem: *Non veni vocare iustos, sed peccatores*. Si enim peccatores Deus non amaret, de coelo ad terras non descenderet.

6. *Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmitas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei.* Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis profuit. Hoc ergo ait, *non est ad mortem,*

¹ Gv 11, 1.

² cf. Gv 10, 39-40.

³ In realtà è citazione di Gv 11, 2. Nel testo italiano evidenzio col corsivo.

⁴ Gv 11, 3.

⁵ Gv 11, 3.

⁶ Ritengo si tratti di refuso di stampa per “istae”, come attestato dal testo di Agostino. Così pure qui immediatamente di seguito.

⁷ In realtà Mt 8, 8.

⁸ Gv 11, 4.

quia ipsa mors non est ad mortem, sed potius ad miraculum, quo facto crederent homines in Christum, et vitarent veram mortem. Sane videte, quemadmodum tanquam ex obliquo Dominus Deum se dixit, propter quosdam qui negant. Nam sunt haeretici qui hoc negant, quod Filius Dei sit Deus; ecce audiant: *Infirmitas haec*, inquit, *non est ad mortem, sed pro gloria Dei*. Quae gloria? cuius Dei? Audi quod sequitur: *Ut glorificetur Filius Dei*

per eam,⁹ per quam? per illam infirmitatem.

*Diligebat autem Iesus Martham, et sororem ejus Mariam, et Lazarum.*¹⁰ Languens ille, tristes omnes dilecti; sed diligebat eos et languentium Salvator, imo etiam mortuorum suscitator, et tristium consolator.

*Ut ergo audivit, quod infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.*¹¹ Nuntiaverunt ergo illae, mansit illic ille. Tandiu tempus ductum est, quo usque quatrimum compleretur. Non frustra, nisi quia forte, imo quia certe et ipse numerus dierum intimat aliquod sacramentum.

*Deinde post haec dicit discipulis suis: Eamus, in Iudaeam iterum.*¹² Ubi pene fuerat lapidatus, qui propterea inde discessisse videbatur, ne lapidaretur. Discessit enim ut homo; sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem. *Eamus*, inquit, *in Iudaeam*.

Denique hoc dicto videte, quemadmodum discipuli territi fuerint.

*Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quaerebant te lapidare Iudaei, et iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horae diei?*¹³ Quid sibi vult ista responsio? Illi dixerunt: *Modo te volebant lapidare Iudaei, et iterum vadis illuc*, ut te lapident? et Dominus: *Nonne duodecim horae sunt diei?*

*Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt. Si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia non est lux in eo.*¹⁴ De die quidem locutus est, sed ad nostram intelligentiam quasi adhuc nox est. Invocemus diem, ut repellat noctem et cor lumine illustret. Quid enim Dominus dicere voluit? Quantum mihi videtur, quantum subjacet altitudo profunditasque sententiae, redarguere voluit dubitationem illorum, et infidelitatem. Voluerunt enim consilium dare Domino, ne moreretur, qui venerat mori, ne ipsi morerentur. Sic etiam quodam in alio loco Petrus sanctus diligens Dominum, sed adhuc non plene intelligens cur venisset, timuit ne moreretur; et Vitae displicuit, id est: ipsi Domino (*Matth. XVI*).

Cum ergo vellent dare consilium homines Deo, discipuli magistro, servi domino, aegroti medico, corripuit eos, et ait: *Nonne duodecim sunt horae diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit*. Me sequimini, si non vultis offendere. Nolite mihi consilium dare, quos a me consilium oportet accipere. Quo ergo pertinet: *Nonne duodecim sunt horae diei?* quia ut diem esse se ostenderet,

per la morte, perché la morte stessa non è per la morte, ma piuttosto per un miracolo, fatto il quale gli uomini avrebbero creduto in Cristo, ed evitato la vera morte. Osservate corretamente come il Signore in modo indiretto si dice Dio, per alcuni che negano. Ci sono infatti eretici i quali negano ciò: che il Figlio di Dio sia Dio; ecco ascoltino: *Questa malattia*, dice, *non porterà alla morte, ma è per la gloria di Dio*. Quale gloria? di quale Dio? Ascolta quanto segue: *affinché il Figlio di Dio venga glorificato*.

per mezzo di essa, per mezzo di cosa? di quella malattia.

Gesù amava Marta e sua sorella [Maria] e Lazzaro.

Lui era malato, tristi quanti amava; ma li amava anche il Salvatore dei malati, anzi, addirittura risuscitatore dei morti, e consolatore degli afflitti.

Quando sentì che era malato, rimase per due giorni nel luogo dove si trovava. Esse dunque dettero la notizia, lui rimase colà. Lasciando passare il tempo, finché furono trascorai quattro giorni. Non invano, perché non per caso, ma anzi certamente il numero stesso dei giorni comunica un qualche mistero.

Poi disse ai discepoli: «Andiamo di nuovo in Giudea!». Dove per poco non era stato lapidato, lui che per questo sembrava essersi allontanato di lì, per non essere lapidato. Come uomo si era allontanato; ma ritornando, quasi dimentico della debolezza [umana], mostrò la sua potestà. *Andiamo di nuovo*, dice, *in Giudea*. Infine, detto questo, notate come furono atterriti i discepoli.

I discepoli gli dissero: Rabbi, poco fa i Giudei cercavano di lapidarti e tu ci vai di nuovo? Gesù rispose: Non sono forse dodici le ore del giorno? Qual è il senso di questa risposta? Quelli avevano detto: poco fa i Giudei cercavano di lapidarti e tu ci vai di nuovo, perché ti lapidino? e il Signore: *Non sono forse dodici le ore del giorno?*

Se uno cammina di giorno, non inciampa, perché vede la luce di questo mondo; ma se cammina di notte, inciampa, perché la luce non è in lui. Parla certo del giorno, ma nella nostra intelligenza è ancora notte. Invochiamo il giorno, affinché scacci via la notte e con la luce rischiari il cuore. Cosa ha dunque voluto dire il Signore? A quanto mi sembra, per quanto sottende l'altezza e la profondità dell'affermazione, volle rimproverare la loro esitazione, e poca fede. Infatti vollero consigliare il Signore, perché non morisse, lui che era venuto a morire perché essi non morissero. Così pure, in qualche altro passo san Pietro, che amava il Signore, ma ancora non aveva ben capito perché fosse venuto, temette per la sua morte; e displicque alla Vita, cioè: allo stesso Signore (Mt 16, 21-23).

Siccome volevano, da uomini, dare consiglio a Dio, da discepoli al maestro, da servi al signore, da malati al medico, li rimproverò e disse: *Non sono forse dodici le ore del giorno? Se uno cammina di giorno, non inciampa*. Seguitemi, se non volete inciampare. Non vogliate darmi consigli, voi cui è opportuno riceverli da me. A cosa dunque si riferisce: *Non sono forse dodici le ore del giorno?* che per mostrare che egli

quia et ipsa mors non erat ad mortem; sed potius ad miraculum, quo facto crederent homines in Christum, et vitarent veram mortem. Sane videte quemadmodum tamquam ex obliquo Dominus Deum se dixit, propter quosdam qui negant **Filiu**m Deum esse. Nam sunt haeretici qui hoc negant, quod Filius Dei sit Deus. Ecce audiant: *Infirmitas haec*, inquit, *non est ad mortem, sed pro gloria Dei*. Qua gloria? cuius Dei? Audi quod sequitur: *Ut glorificetur Filius Dei*.

Infirmitas ergo haec, inquit, *non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei*

per eam. Per quam? Per illam infirmitatem.

7. Diligebat autem Iesus Martham, et sororem eius Mariam, et Lazarum. Ille languens, illae tristes, omnes dilecti: sed diligebat eos et languentium salvator, imo etiam mortuorum suscitator, et tristium consolator.

Ut ergo audivit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Nuntiaverunt ergo illi; mansit illic ille: tamdiu tempus ductum est, quousque quatrimum compleretur. Non frustra, nisi quia forte, imo quia certe et ipse numerus dierum intimat aliquod sacramentum.

Deinde post haec dicit iterum discipulis suis: Eamus in Iudaeam iterum: ubi pene fuerat lapidatus, qui propterea inde discessisse videbatur, ne lapidaretur.

Discessit enim ut homo; sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem,

ostendit potestatem. *Eamus*, inquit, *in Iudaeam*.

8. Deinde hoc dicto, videte quemadmodum discipuli territi fuerint.

Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quaerebant te Iudaei lapidare, et iterum vadis illuc? Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horae diei? Quid sibi vult ista responsio?

Illi dixerunt: *Modo te lapidare volebant Iudaei, et iterum illuc vadis*,

ut te lapident? Et Dominus: *Nonne duodecim horae sunt diei?*

Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. De die quidem locutus est, sed in nostra intellegentia quasi adhuc nox est. Invocemus diem, ut expellat noctem, et cor lumine illustret. Quid enim Dominus dicere voluit? Quantum mihi videtur, quantum subluceat altitudo profunditasque sententiae, redarguere voluit illorum dubitationem et infidelitatem. Voluerunt enim consilium dare Domino ne moreretur, qui venerat mori, ne ipsi morerentur. Sic etiam quodam alio loco Petrus sanctus diligens Dominum, sed adhuc non plene intellegens cur venisset, timuit ne moreretur, et vitae displicuit, id est, ipsi Domino:

nam cum indicaret discipulis quod esset Ierosolymis passurus a Iudaeis, respondit Petrus inter caeteros, et ait: *Absit a te, Domine, propitius tibi esto, non fiet istud*. Et continuo Dominus: *Redi post me, satanas, non enim sapis quae Dei sunt, sed quae hominum*. Et paulo ante confitens Filium Dei laudem meruerat: audierat enim: *Beatus es, Simon Bar Iona, quia non tibi revelavit caro et sanguis, sed Pater meus qui in coelis est*. Cui dixerat: *Beatus es*; illi dicit: *Redi retro, satanas*: quia beatus a se non erat: Sed unde? *Quia non tibi revelavit caro et sanguis, sed Pater meus qui in coelis est*. Ecce unde beatus, non de tuo, sed de meo. Non quia Pater ego, sed quia *omnia quae habet Pater, mea sunt*. Si beatus de ipsius Domini; satanas de cuius? Ibi dicit: rationem quippe reddidit beatitudinis, ut diceret: *Non caro et sanguis tibi revelavit hoc, sed Pater meus qui in coelis est*: haec est causa beatitudinis tuae. Quod vero dixi: *Redi post me, satanas*, audi etiam huius rei causam: *Non enim sapis quae Dei sunt, sed quae sunt hominis*. Nemo ergo se palpet; de suo satanas est, de Dei beatus est. Quid est enim de suo, nisi de peccato suo? Tolle peccatum, quod est tuum? Iustitia, inquit, de meo est. Quid enim habes quod non accepisti?

Cum ergo vellent dare consilium homines Deo, discipuli magistro, servi Domino, aegroti medico, corripuit eos, et ait: *Nonne duodecim horae sunt diei?*

Si quis ambulaverit in die, non offendit. Me sequimini, si non vultis offendere:

nolite mihi consilium dare, quos a me consilium oportet accipere. Quo ergo pertinet: *Nonne duodecim horae sunt diei?* Quia ut diem se esse ostenderet,

⁹ Gv 11, 4.

¹⁰ Gv 11, 5.

¹¹ Gv 11, 6.

¹² Gv 11, 7.

¹³ Gv 11, 8-9.

¹⁴ Gv 11, 9-10.

duodecim discipulos elegit. Si ego sum, inquit, dies, et vos horae, nunquid horae diei consilium dant? Horae diem sequuntur, non hora dies. Si ergo illi horae, quid ibi Judas, et ipse inter duodecim horas? Si hora erat, lucebat. Si lucebat, quomodo diem ad mortem tradebat? Sed Dominus in hoc verbo non ipsum Judam, sed successorem ipsius praevidebat. Iuda enim cadente successit Matthias, et duodenarius numerus mansit.¹⁵ Non enim frustra duodecim discipulos elegit, nisi quia ipse spiritualis est dies. Sequantur ergo horae diem, praedicient horae diem, horae illustrentur a die, horae illuminentur a die, per horarum praedicationem credat mundus diem. Ergo ait de compendio: *Me sequimini*, si non vultis errare,¹⁶ et post hoc dicit eis:

*Lazarus amicus noster dormit; sed vado ut a somno excitem eum.*¹⁷ Verum dixit: sororibus mortuus erat, Domino dormiebat. Hominibus mortuus erat, qui eum suscitare non poterant. Nam Dominus tanta facilitate suscitabat de sepulcro, quanta tu non excitas dormientem de lecto. Ergo secundum potentiam suam dixit dormientem, quia et alii mortui dicti sunt in Scripturis saepe dormientes, sicut Apostolus dicit: *De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres, ut non contristemini sicut et caeteri, qui spem non habent* (1 Thess. IV)¹⁸. Ideo et ipse dormientes appellavit, quia resurrecturos pronuntiavit.

Et in alio loco: *Omnes quidem dormiemus, sed non omnes resurgemus* (1 Cor XV)¹⁹; mortem nostram dormitionis nomine significans. Nam corpus, dum deseritur ab anima, dormit in sepulcro, resuscitandum in novissimo die.

Animae vero dum deserunt corpora,

diversas receptiones habent, gaudium bonae, malae tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, et bonorum gaudium amplius erit, et malorum tormenta graviora, quando cum corpore torquebuntur.

Dum Dominus de dormitione amici diceret discipulis, responderunt, quomodo intellexerunt:

*Domine, si dormit, salvus erit.*²⁰ Solent enim esse somnia aegrotantium salutis indicia.

Dixerat autem Iesus de morte eius, illi autem putaverunt quia de dormitione somni

è il giorno, scelse dodici discepoli. Se io sono il giorno, dice, e voi le ore, forse le ore danno consigli al giorno? Le ore seguono il giorno, non il giorno l'ora. Se dunque essi erano le ore, cos'era lì Giuda, pure lui fra le dodici ore? Se era un'ora, risplendeva. Se risplendeva, come mai consegnava il giorno alla morte? Ma il Signore con queste parole non prevedeva Giuda stesso, ma il suo successore. A Giuda destituito successe infatti Mattia, e rimase il numero di dodici. Infatti non senza motivo aveva scelto dodici discepoli, perché egli è il giorno spirituale. Le ore, dunque, seguano il giorno, le ore preannuncino il giorno, le ore ricevano splendore dal giorno, le ore siano illuminate dal giorno, grazie all'annuncio delle ore il mondo creda nel giorno. Pertanto dice riassumendo: Seguite me, se non volete sbagliare, e poi soggiunse loro:

«Lazzaro, il nostro amico, s'è addormentato; ma io vado a svegliarlo». Disse la verità: per le sorelle era morto, per il Signore dormiva. Per gli uomini, che non potevano risuscitarlo, era morto. Infatti il Signore lo risuscitava dal sepolcro con tanta facilità, con quanta tu non desti dal letto uno che dorme. Dunque, secondo la sua potenza lo disse dormiente, come pure anche altri morti sono spesso detti dormienti nelle Scritture; come l'Apostolo dice: *Non vogliamo, fratelli, lasciarvi nell'ignoranza a proposito di quelli che dormono, perché non siate tristi come gli altri che non hanno speranza*. (1Ts 4, 13). Anch'egli, pertanto li ha chiamati dormienti, perché li proclamati destinati alla risurrezione.

E in altro passo: *tutti certo dormiremo, ma non tutti risorgeremo* (1Cor 15, 51); indicando col nome di dormizione la nostra morte. Infatti il corpo, quando l'anima lo abbandona, dorme nel sepolcro, per resuscitare nell'ultimo giorno.

Le anime,

invero, quando abbandonano il corpo,

trovano diverse accoglienze: il gaudium le buone, i tormenti le malvagie. Ma, quando sarà avvenuta la risurrezione, il gaudium dei buoni sarà maggiore, e i tormenti dei malvagi più gravi, allorché saranno tormentati nei corpi.

Mentre il Signore parlava della dormizione dell'amico ai discepoli⁶⁸, [essi] risposero così come avevano compreso:

«Signore, se si è addormentato, si salverà». Infatti i sonni dei malati sogliono essere sintomi di salute.

Gesù aveva parlato della morte di lui; essi invece pensarono che parlasse del

duodecim discipulos elegit. Si ego sum, inquit, dies, et vos horae, numquid horae diei consilium dant? Horae diem sequuntur, non dies horas. Si ergo illi horae, quid ibi Judas? Et ipse inter duodecim horas? Si hora erat, lucebat; si lucebat, quomodo diem ad mortem tradebat? Sed Dominus in hoc verbo non ipsum Iudam, sed successorem ipsius praevidebat. Iuda enim cadente successit Matthias, et duodenarius numerus mansit. Non ergo frustra duodecim discipulos elegit Dominus, nisi quia ipse spiritualis est dies. Sequantur ergo horae diem, praedicient horae diem, horae illustrentur a die, horae illuminentur a die, et per horarum praedicationem credat mundus in diem. Hoc ergo ait de compendio: *Me sequimini*, si non vultis offendere.

9. Et post hoc dicit eis:

Lazarus amicus noster dormit; sed vado, ut a somno excitem eum. Verum dixit. Sororibus mortuus erat, Domino dormiebat. Hominibus mortuus erat, qui eum suscitare non poterant: nam Dominus tanta eum facilitate excitabat de sepulcro, quanta tu non excitas dormientem de lecto. Ergo secundum potentiam suam dixit dormientem: quia et alii mortui dicti sunt in Scripturis saepe dormientes, sicut Apostolus dicit: *De dormientibus autem nolo vos ignorare, fratres, ut non contristemini, sicut et caeteri qui spem non habent*. Ideo et ipse dormientes appellavit, quia resurrecturos praenuntiavit.

Dormit ergo omnis mortuus, et bonus et malus. Sed quomodo interest in ipsis qui quotidie dormiunt et exsurgunt, quid quisque videat in somnis: alii sentiunt laeta somnia, alii torquentia, ita ut evigilans dormire timeat, ne ad ipsa iterum redeat: sic unusquisque hominum cum causa sua dormit, cum causa sua surgit. Et interest quali custodia quisque recipiatur, ad iudicem postea producendus. Nam et receptiones in custodia pro meritis causarum adhibentur: alios iubentur custodire lictores, humanum et mite officium atque civile; alii traduntur optionibus; alii mittuntur in carcerem: et in ipso carcere non omnes, sed pro meritis graviorum causarum in ima carceris contruduntur. Sicut ergo diversae custodiae agentium in officio; sic diversae custodiae mortuorum, et diversa merita resurgentium. Receptus est pauper, receptus est dives: sed ille in sinum Abrahae; ille ubi sitiret, et guttam non inveniret.

Simul omnes quod promissum est accepturi sunt.

10. Habent ergo omnes animae, ut ex hac occasione instruam Caritatem vestram, habent omnes

animae,

cum de saeculo exierint,

diversas receptiones suas. Habent gaudium bonae, malae tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, et bonorum gaudium amplius erit, et malorum tormenta graviora; quando cum corpore torquebuntur.⁷⁴

Recepti sunt in pace sancti Patriarchae, Prophetae, Apostoli, Martyres, boni fideles; omnes tamen adhuc in fine accepturi sunt quod promisit Deus: promissa enim est resurrectio etiam carnis, mortis consumptio, vita aeterna cum Angelis. Hoc omnes simul accepturi sumus: nam requiem quae continuo post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque cum moritur. Priores acceperunt Patriarchae: videte ex quo requiescunt: posteriores Prophetae, recentius Apostoli, multo recentiores sancti Martyres, quotidie boni fideles. Et alii in ista requie iamdiu sunt, alii non tam diu, alii paucioribus annis, alii nec recenti tempore. Cum vero ab hoc somno evigilabunt. Simul omnes quod promissum est accepturi sunt.

11. *Lazarus amicus noster dormit; sed vado, ut a somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli:* quomodo intellexerunt, sic responderunt:

Domine, si dormit, salvus erit. Solet enim esse somnus aegrotantium salutis indicium.

Dixerat autem Iesus de morte eius; illi autem putaverunt quod de dormitione somni

¹⁵ cfr At 1, 26.

¹⁶ Non sono riuscito a recuperare la citazione testuale. Ritengo si riferisca a passi paralleli: Mt 16, 24-25, Mc 8, 4-35, Lc 9, 23-24, Gv 12, 25-26. Nella traduzione non evidenzio col corsivo.

¹⁷ Gv 11, 11. È parte della citazione anche quanto precede immediatamente, e che evidenzio col corsivo nel testo italiano.

¹⁸ 1Ts 4, 13; NCEI traduce: “Non vogliamo, fratelli, lasciarvi nell'ignoranza a proposito di quelli che sono morti, ...”; ma il contesto del commento impone di mantenere “dormienti”.

¹⁹ In realtà 1Cor 15, 51: “omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.”; Sabatier in una nota assai corposa cita anche vari testimoni: “*omnes quidem dormiemus, non omnes autem immutabimur.*”. La differenza testuale rende impossibile mantenere la traduzione NCEI.

²⁰ Gv 11, 12.

⁶⁸ In Agostino “discipuli” è in corsivo in quanto è al nominativo e si lega a quanto precede venendo a costituire una citazione. Beda, pur servendosene, rielabora l'intero periodo, facendoli diventare i destinatari del dire del Signore.

⁷⁴ In Beda più oltre, nella pagina seguente

*diceret. Tunc ergo dixit eis Jesus manifeste,*²¹ *subobscure enim dixerat dormit.*

*Ait ergo manifeste: Lazarus mortuus est, et gaudeo propter vos, ut credatis, quia ibi non eram, sed scio quia mortuus est.*²² *Aeger enim non mortuus fuerat nuntiatus. Sed quid lateret eum, qui creaverat, et ad cuius manus anima morientis exierat? Hoc est quod ait:*

Gaudeo propter vos, ut vestra fides augeatur, sive firmetur; ut credatis, quod intelligendum est: ut amplius robustiusque credatis.

*Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos suos: Eamus et nos, et moriamur cum eo. Venit itaque Jesus, et invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.*²³ *De quatuor diebus multa quidem dici possunt, sicut se habent obscura Scripturarum loca, quae pro diversitate intelligentium multos sensus pariunt. Dicamus et nos quid nobis videatur significare mortuus quatruiduanus. Quomodo enim in illo caeco intelligimus quodammodo humanum genus, sic forte et in isto mortuo multos intellecturi sumus. Diversis enim modis una res significare potest. Homo, quando nascitur, jam cum morte nascitur, quia de Adam peccatum trahit; unde dicit Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors: et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt* (Rom. V). Ecce habes unum diem mortis, quem homo trahit de mortis propagine. Deinde crescit, incipit accedere ad rationales annos, ut legem sapiat naturalem, quam omnes habent in corde fixam: *Quod tibi fieri non vis, alii ne feceris* (Tob. IV)²⁴. Nunquid hoc de paganis dicitur²⁵, et non in natura ipsa quodammodo legitur? Furtum vis pati? utique non vis. Ecce lex in corde tuo: Quod non vis pati, facere noli; et hanc legem transgrediuntur homines, ecce alter dies mortis. Data etiam lex divinitus per famulum Dei Moysen, dictum est illic: *Non occides, non moechaberis, non falsum testimonium dices; honora patrem et matrem; non concupisces rem proximi tui* (Exod. XX).²⁶*

Ecce lex scripta est, et ipsa contemnitur. Adde tertium diem mortis. Quid restat? Venit et Evangelium, praedicatur regnum caelorum, diffamatur ubique Christus, minatur gehennam, vitam promittit aeternam, et ipse contemnitur. Transgrediuntur homines Evangelium, ecce quartus dies mortis. Merito iam putet: nunquid et talibus neganda est misericordia? absit etiam, ad tales Dominus excitandos non dedignatur accedere.

*Multi autem ex Iudaeis venerant ad Martham et Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut cognovit quia Jesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus. Sed et nunc scio quia quaecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.*²⁷ Non dixit: Sed et modo rogo te, ut suscites fratrem meum. Unde enim sciebat, si fratri ejus resurgere utile foret? Hoc tantum dixit: Scio quia potes. Si vis, facis. Utrum autem facias iudicii tui est, non praesumptionis meae. Sed et nunc scio quia quaecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.

riposo del sonno. Allora Gesù disse loro apertamente; in modo velato aveva infatti detto: dorme,

In maniera aperta disse: *Lazzaro è morto e io sono contento per voi, affinché voi crediate, perché non ero là*, ma so che è morto. Infatti era stato annunciato malato, non morto. Ma che cosa rimaneva nascosto a lui, che aveva creato, e alle cui mani era migrata l'anima del morente? È questo ciò che dice:

Sono contento per voi, perché la vostra fede cresca, o sia confermata; affinché crediate, che si deve intendere: affinché crediate di più e con maggior fermezza.

*Ma andiamo da lui!». Allora Tommaso, chiamato Didimo, disse agli altri discepoli: «Andiamo anche noi a morire con lui!». Quando Gesù arrivò, trovò Lazzaro che già da quattro giorni era nel sepolcro. Molto si potrebbe dire sui quattro giorni, così come ci sono altri passi oscuri delle Scritture, che consentono molte interpretazioni secondo la diversa capacità di chi le comprende. Diremo anche noi quello che ci sembra significhi un morto di quattro giorni. Come infatti in quel cieco vediamo in qualche modo il genere umano, così forse in questo morto ne riconosciamo molti. Infatti una medesima cosa può esser rappresentata in diversi modi. L'uomo, quando nasce, nasce già con la morte, perché trae da Adamo il peccato; per cui l'Apostolo dice: *a causa di un solo uomo il peccato è entrato nel mondo e, con il peccato, la morte, e così in tutti gli uomini si è propagata la morte, poiché tutti hanno peccato* (Rm 5, 12). Ecco hai [qui] il primo giorno della morte, che l'uomo trae dalla propaggine di morte. Poi cresce, comincia ad accedere agli anni della ragione, così da conoscere la legge naturale, che tutti hanno fissa nel cuore: *Ciò che non vuoi sia fatto a te, non lo fare agli altri* (Tb 4, 15). Forse che questo è detto dai pagani, e non si legge in qualche modo nella natura stessa? Vuoi patire un furto? Certo non vuoi. Ecco la legge nel tuo cuore: Non fare ciò che non vuoi patire; gli uomini trasgrediscono anche questa legge: ecco il secondo giorno della morte. Anche la legge divinamente [è] data per mezzo di Mosè famiglia di Dio⁶⁹; vi è detto: *Non ucciderai, non commetterai adulterio, non pronuncerai falsa testimonianza, onora il padre e la madre, non desidererai alcuna cosa che appartenga al tuo prossimo* (Es 20, 12-17).*

Ecco, è legge scritta, ma anch'essa è disprezzata. Aggiungi il terzo giorno della morte. Che cosa rimane? Viene anche il Vangelo, è predicato il regno dei cieli, ovunque è divulgato Cristo, si minaccia la geenna, si promette la vita eterna: anche questo è disprezzato. Gli uomini trasgrediscono il Vangelo: ecco il quarto giorno della morte. A ragione già puzza. Forse che a costoro va negata la misericordia? certo no; il Signore non disdegna di accostarsi a costoro per risuscitarli.

Molti Giudei erano venuti da Marta e Maria a consolarle per il fratello. Marta dunque, come udì che veniva Gesù, gli andò incontro; Maria invece stava seduta in casa. Marta disse a Gesù: «Signore, se tu fossi stato qui, mio fratello non sarebbe morto! Ma anche ora so che qualunque cosa tu chiederai a Dio, Dio te la concederà». Non disse: Ma anche ora ti prego di risuscitare mio fratello. Come sapeva infatti se a suo fratello fosse utile risorgere? Questo soltanto disse: So che puoi. Se vuoi, lo fai. Ma se farlo sta al tuo giudizio, non a ciò che io presumo. Ma anche ora so che qualunque cosa tu chiederai a Dio, Dio te la concederà.

diceret. Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste. Subobscure enim dixerat, dormit:

ait ergo manifeste: *Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos, ut credatis; quia non eram ibi. Et scio quia mortuus est, et non ibi eram*: aeger enim, non mortuus, fuerat nuntiatus. Sed quid lateret eum qui creaverat, et ad cuius manus anima morientis exierat? Hoc est quod ait:

Gaudeo propter vos, ut credatis; quia non ibi eram: ut iam inciperent admirari, quia Dominus potuit dicere mortuum, quod nec viderat nec audierat. Ubi sane meminisse debemus quod adhuc etiam ipsorum discipulorum qui in eum iam crediderant, miraculis aedificabatur fides: non ut ea quae non erat, esse inciperet, sed ut ea quae iam esse coeperat, cresceret; quamvis tali verbo usus sit, quasi tunc credere inciperent. Non enim ait:

Gaudeo propter vos, ut fides vestra augeatur, sive firmetur; sed ait, ut credatis: quod intelligendum est, ut amplius robustiusque credatis.

Quid significet mortuus quatruiduanus.

12. *Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus et nos, et moriamur cum illo. Venit itaque Jesus, et invenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. De quatuor diebus multa quidem dici possunt, sicut se habent obscura Scripturarum, quae pro diversitate intelligentium, multos sensus pariunt. Dicamus et nos quid nobis videatur significare mortuus quatruiduanus. Quomodo enim in illo caeco intellegimus quodammodo humanum genus, sic forte et in isto mortuo multos intellecturi sumus: diversis enim modis una res significari potest. Homo quando nascitur, iam cum morte nascitur; quia de Adam peccatum trahit. Unde dicit Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, et per peccatum mors; et ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt*. Ecce habes unum diem mortis, quod homo trahit de mortis propagine. Deinde crescit, incipit accedere ad rationales annos, ut legem sapiat naturalem, quam omnes habent in corde fixam: Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris.*

Numquid hoc de paganis discitur, et non in natura ipsa quodammodo legitur?

Furtum vis pati? Utique non vis. Ecce lex in corde tuo: Quod non vis pati, facere noli. Et hanc legem transgrediuntur homines: ecce alter dies mortis.

Data est Lex etiam divinitus per famulum Dei Moysen:

dictum est illic: *Non occides; Non moechaberis; Non falsum testimonium dices; Honora patrem et matrem; Non concupisces rem proximi tui;*

Non concupisces uxorem proximi tui.

Ecce Lex scripta est, et ipsa contemnitur: ecce tertius dies mortis.

Quid restat? Venit et Evangelium, praedicatur regnum coelorum, diffamatur ubique Christus, minatur gehennam, vitam promittit aeternam, et ipsa contemnitur. Transgrediuntur homines Evangelium: ecce quartus dies mortis.

Merito iam putet. Numquid et talibus est neganda misericordia? Absit, etiam ad tales Dominus excitandos non dedignatur accedere.

13. *Multi autem ex Iudaeis venerant ad Martham et Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audivit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus; sed et nunc scio quia quaecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.*

Non dixit: Sed et modo rogo te ut resuscites fratrem meum. Unde enim sciebat, si fratri eius resurgere utile fuerit? Hoc tantum dixit: Scio quia potes, si vis facis:

utrum enim facias, iudicii tui est, non praesumptionis meae. *Sed et nunc scio quia quaecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.*

²¹ Gv 11, 14. Anche “Tunc ergo ...” è parte della citazione; in italiano provvedo ad evidenziare col corsivo.

²² Gv 11, 14-15. Non fanno ne parte “Ait ergo manifest” e “sed scio quia mortuus est”, che non evidenzio. Va adeguata anche la traduzione del “quia” in funzione del significato che assume nella rielaborazione di Beda, poiché NCEI traduce: “di non essere stato là”.

²³ Gv 11, 15-17.

²⁴ Cfr Tb 4, 16: “Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.”; VL: “quod oderis, alio ne feceris.”; Sabatier in nota: “*Quod tibi nolueris, alii ne feceris.*”, “*Quod tibi non vis, alio ne facias.*”. NCEI 4, 15.

²⁵ Il testo agostiniano ha “de paginis discitur”, che forse è più congruo nel contesto; tuttavia manengo la versione di Beda.

²⁶ Es 20, 12-17 Vulg.: “Honora patrem tuum et matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non moechaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem ejus, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.”; VL: “Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi, et sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non moechaberis. Non furaberis. Falsum testimonium non dices adversus proximum tuum. Non concupisces uxorem proximi tui, non concupisces domum proximi tui, neque agrum ejus, neque servum ejus, neque ancillam ejus, neque bovem ejus, neque subjugale ejus, neque omne pecus ejus, neque quaecumque proximi tui sunt sunt.”. La versione di Beda è parziale rielaborazione sulla base di VL.

²⁷ Gv 11, 19-22 Vulg.: “... Martha ergo ut audivit quia Iesus venit, ... frater meus non fuisset mortuus ...”; VL: “... frater meus non esset mortuus ...”.

⁶⁹ “famulus” è il servo di casa, di famiglia, gente di casa; famiglia ne è il corrispettivo italiano, assai poco praticato.

Dicit illi Iesus:

*Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in novissimo die.*²⁸ De illa resurrectione segura sum, de hac incerta sum.

*Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio et vita.*²⁹ Dicis: resurget frater meus in novissimo die. Verum est; sed per quem tunc resurget, potest modo resurgere, quia ego sum resurrectio et vita.

Ideo resurrectio, quia vita,

quia qui credit in me, non morietur in aeternum.³⁰

Quid hoc? qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet;³¹ sicut Lazarus mortuus est, et vivit, quia non est Deus mortuorum, sed vivorum (Matth. XXII).³² De olim mortuis patribus, hoc est de Abraham, de Isaac, de Jacob, tale responsum Iudaeis dedit:

*Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob; non est Deus mortuorum, sed vivorum (Marc. XII)*³³, omnes enim illi vivunt. Crede ergo; et si mortuus fueris, vives. Si autem non credis, et cum vivis, mortuus es.

Unde est ergo mors in anima? quia non est fides in ea. Unde est mors in corpore? quia ibi non est in anima. Ergo animae tuae anima, fides est:

sicut anima corporis vita est corporis, ita fides animae vita est animae.

Qui credit in me, inquit, *etiamsi mortuus fuerit* in carne, *vivet* in anima, donec resurgat caro, nunquam postea moritura. Hoc est, *Qui credit in me*, licet moriatur, *vivet*: et omnis qui vivit in carne, et credit in me, etsi moriatur ad tempus propter mortem carnis, non morietur in aeternum propter vitam spiritus, et immortalitatem resurrectionis. Hoc est quod ait:

*Et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait illi: Utique, Domine. Ego credidi quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.*³⁴ Quando hoc credidi, quia tu es resurrectio, credidi quia tu es vita.

Credidi quia qui credit in te, et si moriatur, vivet; et qui vivit, et credit in te, non morietur in aeternum.

*Et cum haec dixisset, abiit, et vocavit Mariam sororem suam, silentio dicens: Magister adest et vocat te.*³⁵ Advertendum est quemadmodum suppressam vocem silentium nuncupavit. Nam quomodo siluit quae dixit: *Magister adest, et vocat te?* Advertendum etiam quemadmodum evangelista non dixerit ubi, vel quando, vel quomodo Mariam Dominus vocaverit, ut hoc in verbis Marthae potius intelligeretur, narrationis veritate servata.

Illa ut audivit surgit cito, et venit ad eum. Nondum enim venerat Iesus in castellum,

Gesù le disse:

«Tuo fratello risorgerà». Gli rispose Marta: «So che risorgerà nella risurrezione dell'ultimo giorno». Di quella risurrezione sono sicura, di questa sono incerta.

Gesù le disse: Io sono la risurrezione e la vita. Tu dici: mio fratello risorgerà nell'ultimo giorno. È vero, però colui per mezzo del quale allora risorgerà, può farlo risorgere adesso, perché *Io sono la risurrezione e la vita.*

Perciò risurrezione perché vita;

perché chi crede in me, non morirà in eterno.

Che vuol dire questo? *Chi crede in me, anche se muore, vivrà*, come è morto Lazzaro, e vive, perché *non è il Dio dei morti ma dei viventi* (Mt 22, 32). A proposito dei padri morti da tanto tempo, cioè di Abramo, di Isacco, di Giacobbe, diede tale responso ai Giudei: *Io sono il Dio di Abramo, il Dio d'Isacco e il Dio di Giacobbe; non sono Dio dei morti ma dei viventi* (Mc 12, 26-27), *perché tutti vivono per lui*. Credi dunque, e anche se sarai morto, vivrai; se non credi, sei morto anche se vivi.

Da dove viene dunque la morte nell'anima? Dal fatto che in lei non c'è la fede. Da dove viene la morte nel corpo? Dal fatto che lì non è nell'anima.⁷⁰ Dunque anima della tua anima, è la fede:

come l'anima del corpo è la vita del corpo, così la fede dell'anima è la vita dell'anima. *Chi crede in me*, dice, *anche se muore* nella carne, *vivrà* nell'anima, finché risorga la carne, poi non più moritura. Cioè: *Chi crede in me*, anche se morirà, *vivrà*. *E chiunque vive* nella carne *e crede in me*, anche se temporaneamente muore per la morte della carne, *non morirà in eterno*⁷¹ per la vita dello spirito, e l'immortalità della risurrezione. Questo è ciò che dice:

Chiunque vive e crede in me, non morirà in eterno. Credi questo? Gli rispose: Sì, o Signore, io credo che tu sei il Cristo, il Figlio di Dio [vivo], colui che viene nel mondo. Dato che ho creduto ciò: che tu sei la risurrezione, ho creduto che tu sei la vita. Ho creduto che chi crede in te, anche se muore, vivrà, e che chi vive e crede in te, non morirà in eterno.

Dette queste parole, andò a chiamare Maria, sua sorella, e di nascosto le disse: «Il Maestro è qui e ti chiama». È da notare come "in silenzio" significava "a bassa voce. Come infatti avrebbe potuto dire, in silenzio: *Il maestro è qui e ti chiama?* È da notare altresì come l'evangelista non ha detto dove, o quando, o come il Signore aveva chiamato Maria, così che ciò sia piuttosto compreso attraverso le parole di Marta, fatta salva la verità della narrazione.

Udito questo, ella si alzò subito e andò da lui. Gesù non era entrato nel villaggio,

14. Dicit illi Iesus:

Resurget frater tuus. Hoc ambiguum fuit. Non enim ait: Modo resuscito fratrem tuum; sed:

Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione, in novissima die. De illa resurrectione segura sum, de hac incerta sum.

Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio. Dicis: Resurget frater meus in novissima die: verum est; sed per quem tunc resurget, potest et modo, quia *Ego sum, inquit, resurrectio et vita.*

Audite, fratres, audite quid dicat. Certe tota exspectatio erat circumstantium ut revivisceret Lazarus, unus mortuus quatruiduanus: audiamus, et resurgamus. Quam multi sunt in hoc populo, quos premit consuetudinis moles! Forte audiunt me quidam, quibus dicitur: *Nolite inebriari vino in quo est luxuria*: dicunt: Non possumus. Forte audiunt me aliqui immundi, lasciviis et flagitiis inquinati, quibus dicitur: *Nolite hoc facere, ne pereatis: et respondent: Non possumus tolli a consuetudine nostra. O Domine, istos resuscita. Ego sum, inquit, resurrectio et vita.*

Ideo resurrectio, quia vita.

Animae tuae anima fides est.

15. Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet: et omnis

qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum.

Quid est hoc? *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit*, sicut Lazarus mortuus est, *vivet*; quia non est Deus mortuorum, sed vivorum. De olim mortuis patribus, hoc est de Abraham, et Isaac, et Iacob, tale responsum Iudaeis dedit:

Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob, non est Deus mortuorum, sed vivorum: omnes enim illi vivunt. Crede ergo; et si mortuus fueris, vives: si autem non credis; et cum vivis, mortuus es.

Probemus et hoc, quia si non credis, etsi vivis, mortuus es. Cuidam Dominus differenti sequi eum, et dicenti: *Eam prius sepelire patrem meum: Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos; tu veni, sequere me.* Erat ibi mortuus sepeliendus, erant ibi et mortui mortuum sepulchri: ille mortuus in carne, illi in anima.

Unde mors in anima? Quia non est fides. Unde mors in corpore?

Quia non est ibi anima. Ergo animae tuae anima fides est.

Qui credit in me, inquit, etiamsi mortuus fuerit in carne, *vivet* in anima; donec resurgat et caro nunquam postea moritura. Hoc est: *Qui credit in me*, licet moriatur, *vivet. Et omnis qui vivit* in carne *et credit in me*, etsi morietur ad tempus propter mortem carnis, *non morietur in aeternum* propter vitam spiritus, et immortalitatem resurrectionis. Hoc est quod ait:

Et omnis qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum. Credis hoc? Ait illi: Utique, Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei, qui in mundum venisti. Quando hoc credidi, credidi quia tu es resurrectio, credidi quia tu es vita;

credidi quia qui credit in te, etsi moriatur, vivet; et qui vivit et credit in te, non morietur in aeternum.

16. Et cum haec dixisset, abiit, et vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, et vocat te. Advertendum est quemadmodum suppressam vocem silentium nuncupavit. Nam quomodo siluit, quae dixit: *Magister adest, et vocat te?* Advertendum etiam quemadmodum Evangelista non dixerit ubi vel quando vel quomodo Mariam Dominus vocaverit, ut hoc in verbis Marthae potius intellegeretur, narrationis brevitate servata.

17. Illa ut audivit, surgit cito, et venit ad eum. Nondum enim venerat Iesus in castellum,

²⁸ Gv 11, 23-24. Anche quanto precede è citazione testuale del versetto; pertanto in italiano lo evidenzio col grassetto.

²⁹ Gv 11, 25 Vulg.: "Dixit ei Iesus"; Sabatier in nota: "Fossat. vero, cum Cantabr. Dicit illi Iesus ...".

³⁰ Gv 11, 26.

³¹ Gv 11, 25.

³² Mt 22, 32 Vulg.: "Non est Deus mortuorum, sed viventium."; VL: "Non est Deus mortuorum, sed vivorum.".

³³ Cfr Mt 22, 32; Lc 20, 37-38. A quest'ultimo appartiene anche ciò che segue immediatamente; Vulg.: "omnes enim vivunt ei"; Sabatier in nota: "Cantabr. *Deus mortuorum non es, sed vivorum; omnes enim illi vivunt.* [...] Tertul. [...] & l. 3. Testim. p. 315. c. [...] *omnes enim illi vivunt.* S. Pacian. Ser. de Bapt. p. 319. b. *Omnes autem illi vivunt: Deus enim vivorum est, non mortuorum.* August. in Joh. 11. to. 3. 625. c. *Non est Deus mortuorum, sed vivorum: omnes enim illi vivunt.*"

³⁴ Gv 11, 26-27.

³⁵ Gv 11, 28.

⁷⁰ "Ibi" indica un'emergenza puntuale, nel tempo o nel contesto, e ho lasciato l'opportunità di scegliere. Tuttavia mi sembra che quell'"in", non presente nella versione di Agostino, complichino non poco la comprensibilità di questo passaggio già piuttosto difficoltoso. Infatti, se in Agostino il parallelo con la morte dell'anima è chiaro: "perché lì (nel corpo) non c'è anima", in Beda si afferma che "lì (nell'atto di morire) non è nell'anima (presupponend il corpo)"; quindi, direi che l'anima non lo contempla più come cosa sua.

⁷¹ Anche in questo periodo prosegue la citazione, intercalata di Gv 11, 26 Vulg.: "et omnis, qui vivit, et credit in me, non morietur in aeternum.". In italiano evidenzio col corsivo.

*sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudaei igitur qui erant cum illa in domo, et consolabantur eam, cum, vidissent Mariam quia cito surrexit et exiit, secuti sunt eam dicentes, quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.*³⁶ Quare hoc pertinuit ad evangelistam narrare? Ut videamus quae occasio fecerit ut plures ibi essent, quando Lazarus resuscitatus est. Putantes enim Iudaei propterea illam festinare, ut doloris sui solatium lacrymis quaereret, secuti sunt eam, ut tam grande miraculum quatruiduani mortui resurgentis testes plurimos inveniret.

Maria ergo cum venisset ubi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, et dixit ei: Domine, si hic fuisses, frater meus non esset mortuus. Iesus ergo ut vidit eam plorantem, et Iudaeos qui cum illa erant, plorantes,

*fremuit spiritu, et turbavit semetipsum, et dixit: Ubi posuistis eum?*³⁷

Aliquid nobis insinuavit fremendo spiritu, et turbando seipsum. Quis enim eum posset, nisi se ipse, turbare? Itaque primo hic attendite potestatem, et sic inquirete significationem. Turbaris tu nolens, turbatur Christus quia voluit. Esurivit Iesus, verum est, sed quia voluit. Dormivit Iesus, verum est, sed quia voluit. Contristatus est Iesus, verum est, sed quia voluit. Mortuus est Iesus, verum est, sed quia voluit. In illius potestate erat sic vel sic affici, vel non affici. Veram³⁸ enim animam suscepit, et carnem totius hominis, sibi coactans in personae unius naturam; nam et anima Apostoli Verbo illustrata est:

et aliorum apostolorum et sanctorum prophetarum Verbo illustratae sunt animae, sed de nulla dictum est: *Verbum caro factum est* (Joan. I), de nulla dictum est, *Ego et Pater unum sumus* (Joan. X). Anima Christi, et caro Christi, cum verbo Dei una persona est, unus Christus est; ac per hoc ubi est summa potestas, secundum voluntatis nutum turbatur infirmitas. Hoc est, *turbavit semetipsum*.

Dixi potestatem, attende significationem. Magnus reus est, quem mors quatruiduana et illa significat sepultura. Quid est ergo quod turbat semetipsum Christus, nisi ut significet tibi quomodo turbari tu debeas, cum tanta mole peccati gravaris et premeris? Attendisti enim, tu vidisti te reum, computasti tibi:

Illud feci, et pepercit Deus; illud commisi, et distulit me;

Evangelium audivi, et contempsit.

Dic, dic lacrymando:

Baptizatus sum, et iterum ad peccatum revolutus sum. Quid facio? quo eo? unde evado? Quando ista dicis, iam fremit Christus, quia fides fremit. In voce frementis apparet spes resurgentis. Ubi ipsa fides est intus, ibi est Christus fremens.

Si fides in nobis, Christus in nobis. Quid enim aliud ait Apostolus habitare Christum per fidem in cordibus nostris (*Ephes. III*)³⁹? Ergo si fides tua de Christo, Christus est in corde tuo;

ma si trovava ancora là dove Marta gli era andata incontro. Allora i Giudei, che erano in casa con lei a consolarla, vedendo Maria alzarsi in fretta e uscire, la seguirono, pensando che andasse a piangere al sepolcro. Perché all'evangelista pertenne raccontare questo? Perché ci rendiamo conto che la circostanza fece sì che molti fossero lì, quando Lazzaro fu risuscitato. I Giudei, pensando che ella accorresse per cercare nelle lacrime sollievo al suo dolore, la seguirono, così che il miracolo tanto grande di un morto di quattro giorni che risorge trovasse moltissimi testimoni.

Quando Maria giunse dove si trovava Gesù, appena lo vide si gettò ai suoi piedi dicendogli: «Signore, se tu fossi stato qui, mio fratello non sarebbe morto!». Gesù allora, quando la vide piangere, e piangere anche i Giudei che erano venuti con lei, si commosse profondamente e, molto turbato, domandò: «Dove lo avete posto?».

Egli ci ha indicato qualcosa fremendo nello spirito, e turbandosi. Chi infatti poteva turbarlo, se non lui stesso? Perciò, in questo caso, per prima cosa, tenete ben presente la sua potestà e poi cercate il significato. Tu sei turbato senza volerlo; Cristo si turbò perché lo volle. Gesù ha sentito la fame, è vero, ma perché lo volle. Gesù dormì, è vero, ma perché lo volle. Gesù si è rattristato, è vero, ma perché lo volle. Gesù è morto, è vero, ma perché lo volle. Era in suo potere soffrire questo o altro o non soffrire. Ha assunto una vera anima, e la carne di tutto l'uomo, unendole a sè nella natura dell'unica persona; infatti anche l'anima dell'Apostolo fu illuminata dal Verbo;

anche le anime degli altri apostoli e dei santi profeti furono illuminate dal Verbo; di nessuna però è detto: *Il Verbo si fece carne* (Gv 1, 14); di nessuna è detto: *Io e il Padre siamo una cosa sola* (Gv 10, 30). L'anima di Cristo, e la carne di Cristo, forma col Verbo di Dio una sola persona: uno solo è Cristo. E perciò, dove c'è la somma potestà, la debolezza umana si turba secondo il cenno della volontà. Ecco il senso di: *egli si turbò*.

Ho detto potestà; presta attenzione al significato. È grande peccatore, colui che è rappresentato da una morte di quattro giorni e da quella sepoltura. Per che motivo dunque si turba Cristo, se non per insegnarti che tu devi essere turbato quando sei gravato e schiacciato da tanta mole di peccati? Hai esaminato, ti sei visto colpevole, ti sei detto: Ho fatto quello, e Dio mi ha perdonato; ho commesso quello, e mi ha differito [il castigo]; ho ascoltato il Vangelo, e l'ho disprezzato.

Di', di' fra le lacrime:

Sono battezzato, e sono ricaduto di nuovo nel peccato. Che faccio? dove vado? come posso uscirne? Quando parli così, già Cristo freme, perché freme la fede. Nella voce di chi freme appare la speranza di chi risorge. Dove la fede stessa è dentro, lì c'è Cristo che freme. Se la fede è in noi, Cristo è in noi. Che altro dice l'Apostolo [se non]: *Cristo abiti per mezzo della fede nei nostri cuori* (Ef 3, 17)? Dunque, se la tua fede è in Cristo,⁷² Cristo è nel tuo cuore;

sed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudaei igitur qui erant cum illa in domo, et consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia cito surrexit et exiit, secuti sunt eam dicentes: quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi. Quare pertinuit hoc ad Evangelistam narrare? Ut videamus quae occasio fecerit ut plures ibi essent quando Lazarus resuscitatus est. Putantes enim Iudaei propterea illam festinare, ut doloris sui solatium lacrymis quaereret, secuti sunt eam; ut tam grande miraculum quatruiduani mortui resurgentis, testes plurimos inveniret.

18. *Maria autem cum venisset ubi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, et dixit ei: Domine, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus. Iesus ergo ut vidit eam plorantem, et Iudaeos qui cum illa erant plorantes, fremuit spiritu, et turbavit semetipsum, et dixit: Ubi posuistis eum?*

Nescio quid nobis insinuavit fremendo spiritu, et turbando seipsum. Quis enim eum posset, nisi se ipse, turbare? Itaque, **fratres mei**, primo hic attendite potestatem, et sic inquirete significationem. Turbaris tu nolens; turbatus est Christus, quia voluit. Esurivit Iesus, verum est, sed quia voluit; dormivit Iesus, verum est, sed quia voluit; contristatus est Iesus, verum est, sed quia voluit; mortuus est Iesus, verum est, sed quia voluit: in illius potestate erat sic vel sic affici, vel non affici. Verbum enim animam suscepit et carnem, totius hominis sibi coaptans in personae unitate naturam. Nam et anima Apostoli Verbo illustrata est, anima Petri Verbo illustrata est, anima Pauli, aliorum Apostolorum, sanctorum Prophetarum Verbo illustratae sunt animae: sed de nulla dictum est: *Verbum caro factum est*; de nulla dictum est: *Ego et Pater unum sumus*. Anima et caro Christi cum Verbo Dei una persona est, unus Christus est. Ac per hoc ubi summa potestas est, secundum voluntatis nutum tractatur infirmitas: hoc est, *turbavit semetipsum*.

In voce frementis apparet spes resurgentis.

19. Dixi potestatem, attendite significationem. Magnus reus est, quem mortis quatruiduum et illa significat sepultura. Quid est ergo quod turbat semetipsum Christus, nisi ut significet tibi quomodo turbari tu debeas, cum tanta mole peccati gravaris et premeris? Attendisti enim te, vidisti te reum, computasti tibi:

Illud feci, et pepercit mihi Deus; illud commisi, et distulit me;

Evangelium audivi, et contempsit;

baptizatus sum, et iterum ad eadem revolutus sum: quid facio? quo eo?

unde evado? Quando ista dicis, iam fremit Christus; quia fides fremit. In voce frementis apparet spes resurgentis. Si ipsa fides intus, ibi est Christus fremens:

si fides in nobis, Christus in nobis. Quid enim aliud ait Apostolus: *Habitare Christum per fidem in cordibus vestris?* Ergo fides tua de Christo, Christus est in corde tuo.

Hinc est illud quod dormiebat in navi: et cum periclitarentur discipuli, iam imminente naufragio accesserunt ad eum, et excitaverunt eum: surrexit Christus, imperavit ventis et fluctibus, et facta est tranquillitas magna. Sic et tu: intrant venti cor tuum, utique ubi navigas, ubi hanc vitam tamquam procellosum et periculosum pelagus transis; intrant venti, movent fluctus, turbant navim. Qui sunt venti? Audisti convicium, irasceris; convicium ventus est, iracundia fluctus est: periclitaris, disponis respondere, disponis maledictum maledicto reddere, iam navis propinquat naufragio; excita Christum dormientem. Ideo enim fluctuas, et mala pro malis reddere praeparas, quia Christus dormit in navi. In corde enim tuo somnus Christi, oblivio fidei. Nam si excites Christum, id est recolas fidem, quid tibi dicit tamquam vigilans Christus in corde tuo? Ego audivi: *Daemonium habes*, et pro eis oravi: audit Dominus, et patitur; audit servus, et indignatur! Sed vindicari vis. Quid enim? ego iam sum vindicatus? Cum tibi haec loquitur fides tua, quasi imperatur ventis et fluctibus, et fit tranquillitas magna. Quomodo ergo hoc est excitare Christum in navi, excitare fidem; sic in corde hominis quem premit magna moles et consuetudo peccati, in corde hominis transgressoris etiam

³⁶ Gv 11, 29-31 Vulg.: “Iudaei ergo, qui erant cum ea in domo, et consolabantur eam,”.

³⁷ Gv 11, 32-34 Vulg.: “... , et dicit ei: , et Iudaeos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, et turbavit seipsum, et dixit: ...?”; Sabatier in nota: “Ms Corb. [...] & dixit ei: [...] Fossat. [...] & dixit ei: [...] S. Mart. similiter habet & dixit ei: [...] Ms. Corb. eadem praefert quae in textu Colbert. Praeter verbum *infremuit*.”.

³⁸ I due testi differiscono nella scelta del vocabolo: “Verbum” o “vera”. Ritengo non si tratti di refuso in quanto la scelta di Beda ha implicato lo spostamento della virgola da prima di “totius hominis” a dopo, spostando così il senso complessivo del periodo verso l'unità delle due nature in una sola persona.

³⁹ Ef 3, 17 Vulg.: “Christum habitare per fidem in cordibus vestris”. Il pronome viene adeguato al latino.

⁷² Ho difficoltà nel decidere se il “de” indichi la provenienza o l'oggetto della fede.

ergo fremat Christus
in corde tuo.
Flevit ergo Christus
amicum mortuum, quem venit resuscitaturus.
Quare enim flevit, nisi quia hominem flere docuit
oppressum pondere peccatorum?
Quare fremuit, et turbavit semetipsum? nisi quia fides hominis sibi merito displicentis,
fremere quodammodo debet in accusatione malorum operum
ut violentiae poenitendi cedat consuetudo peccandi.

Et dixit: *Ubi posuistis eum?*⁴⁰ Scis quia mortuus sit, et ubi sit sepultus ignoras? Et ista significatio est.

Non ausus sum dicere: Nescit. Quid enim ille nescit?

Unde hoc probamus?
Dominum audi dicturum in iudicio: *Non novi vos* (Matth. VII)⁴¹.

Video in luce mea, non vos video in illa iustitia quam novi. Sic et hic tanquam nesciens talem peccatorem, dixit: *Ubi posuistis eum?* Talis est vox Domini in paradiso posteaquam peccavit Adam: *Adam, ubi es* (Gen. XXIV)⁴²? Dicunt ei: *Domine, veni et vide.*⁴³ Quid est vide? Miserere. Videt enim Dominus, quando miseretur; unde illi dicitur: *Vide humilitatem meam; et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea* (Psal XXIV)⁴⁴.

*Et lacrymatus est Jesus. Dixerunt ergo Iudaei: Ecce quomodo amabat eum.*⁴⁵ Quid est, *Amabat eum?* *Non veni vocare justos, sed peccatores ad poenitentiam* (Luc. V). *Quidam autem dixerunt ex ipsis: non poterat hic, qui aperuit oculos caeci, facere ut hic non moreretur?*⁴⁶ Quid voluit facere ut non moreretur? plus est quod facturus est, ut mortuus suscitetur.

*Jesus, rursus fremens in semetipso, venit ad monumentum.*⁴⁷ **Fremat** et in te, si disponas reviviscere. Omni homini dicitur, qui premitur pessima consuetudine: **Veni** ad monumentum.

*Erat autem spelunca et lapis superpositus erat ei.*⁴⁸ Mortuus sub lapide, reus sub lege. Scitis enim quia lex quae data est Iudaeis, in lapide scripta est (Exod. XXXIV). Omnes autem rei sub lege sunt. Bene viventes enim **in lege non** sunt. Iusto lex posita non est.⁴⁹ Quid est ergo lapidem revolvere?⁵⁰ Gratiam praedicare. Apostolus enim Paulus ministrum se dicit novi Testamenti, non littera, sed spiritu. Nam *littera*, inquit, *occidit*, *Spiritus autem vivificat* (I Cor. III⁵¹). Littera occidens, quasi lapis est premens. *Removete*, inquit, *lapidem*,⁵² removete legis pondus, gratiam praedicate.

Dicit ei Martha, soror ejus qui mortuus fuerat:

Domine, jam fetet, quatruiduanus enim est. Dicit enim Jesus: Nonne dixi quoniam,

dunque Cristo frema
nel tuo cuore.
Cristo ha dunque pianto
l'amico morto, che egli venne a resuscitare.
Per qual motivo infatti pianse, se non per insegnare all'uomo a piangere,
oppresso dal peso dei peccati?
Per qual motivo, *si commosse profondamente e si turbò?* se non perché la fede dell'uomo, giustamente scontento di se stesso, debba in qualche modo fremere condannando le cattive azioni, affinché la consuetudine al peccato ceda alla violenza della penitenza?

Domandò: «Dove lo avete posto?» Sai che è morto, e ignori dove sia sepolto? Il significato è questo.

Non ho osato dire: Non conosce. Cosa infatti non conosce?

Come possiamo provarlo?
Ascolta il Signore che nel giudizio dirà: *Non vi ho conosciuti* (Mt 7, 23).

Vedo nella mia luce, non vi vedo in quella giustizia che io conosco. Così anche qui, come se non conoscesse un tale peccatore, *domandò: «Dove lo avete posto?»* Tale è la voce di Dio nel paradiso dopo che Adamo peccò: *Adamo dove sei* (Gn 3, 9)? *Gli dissero: «Signore, vieni a vedere!»*. Che vuol dire: *vedi?* Abbi pietà. Il Signore infatti vede quando usa misericordia; per cui gli diciamo: *Vedi la mia povertà e la mia fatica e perdona tutti i miei peccati* (Sal 24, 18).

Gesù scoppiò in pianto. Dissero allora i Giudei: «Guarda come lo amava!». Che vuol dire, *lo amava?* *Io non sono venuto a chiamare i giusti, ma i peccatori perché si convertano* (Lc 5, 32). *Ma alcuni di loro dissero: «Lui, che ha aperto gli occhi al cieco, non poteva anche far sì che costui non morisse?»* Cosa ha voluto fare perché non morisse? farà molto di più: che un morto sia risuscitato.

Gesù, ancora una volta commosso profondamente, si recò al sepolcro. Freme anche in te, se ti disponi a rivivere. Ad ogni uomo, che sia pressato da una consuetudine perversa, è detto: *Vieni al sepolcro.*

Era una grotta e contro di essa era posta una pietra. Il morto sotto la pietra, il colpevole sotto la legge. Sapete infatti che la legge data ai Giudei è scritta sulla pietra (cfr Es 34, 1; o 31, 18). Tutti sono colpevoli sotto la legge. Infatti quelli che vivono bene non sono sotto la legge. La legge non è posta per il giusto. Che significa dunque: far rotolare via la pietra? Proclamare la grazia. L'Apostolo Paolo infatti dice di sapersi ministro del nuovo Testamento, non della lettera, ma dello spirito. *perché la lettera*, dice, *uccide, lo Spirito invece dà vita* (2Cor 3, 6). La lettera che uccide, è come pietra che opprime. *Togliete*, dice, *la pietra!*; togliete il peso della legge, proclamate la grazia.

Gli rispose Marta, la sorella del morto:

«Signore, manda già cattivo odore: è lì da quattro giorni». Le disse Gesù: «Non ti

sancti Evangelii, contemptoris poenarum aeternarum,
fremat Christus,
increpet se homo. Audi adhuc:
flevit Christus,
flea se homo.
Quare enim flevit Christus, nisi quia flere hominem docuit?

Quare fremuit et turbavit semetipsum, nisi quia fides hominis sibi merito displicentis fremere quodammodo debet in accusatione malorum operum, ut violentiae poenitendi cedat consuetudo peccandi?

20. Et dixit: Ubi posuistis eum? Scisti quia mortuus sit, et ubi sit sepultus ignoras? Et ista significatio est,

quia sic perditum hominem quasi nescit Deus.
Non ausus sum dicere: Nescit: quid enim ille nescit?
Sed quasi nescit.

Unde hoc probamus?
Dominum audi dicturum in iudicio: *Non novi vos;*

discedite a me. Quid est: *Non novi vos?* Non vos video in luce mea, non vos video in illa iustitia quam novi. Sic et hic tamquam nesciens talem peccatorem, dixit: *Ubi posuistis eum?* Talis est vox Dei in paradiso posteaquam homo peccavit: *Adam, ubi es?* *Dicunt ei: Domine, veni, et vide.* Quid est, *vide?* Miserere. Videt enim Dominus, quando miseretur. Unde illi dicitur: *Vide humilitatem meam, et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea.*

21. Lacrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudaei: Ecce quomodo amabat eum. Quid est, *amabat eum?* *Non veni vocare iustos, sed peccatores in poenitentiam.*

Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos caeci, facere ut et hic non moreretur? **Qui noluit** facere ut non moreretur, plus est quod facturus est, ut mortuus suscitetur.

22. Iesus ergo rursus fremens in semetipso, venit ad monumentum. Fremat et in te, si disponis reviviscere. Omni homini dicitur, qui premitur pessima consuetudine: **Veni** ad monumentum.

Erat autem spelunca, et lapis superpositus erat ei. Mortuus sub lapide, reus sub lege. Scitis enim quia Lex quae data est Iudaeis, in lapide scripta est. Omnes autem rei sub lege sunt: bene viventes **cum** lege sunt.

Iusto lex posita non est. Quid est ergo: *Lapidem removete?* Gratiam praedicate. Apostolus enim Paulus ministrum se dicit Novi Testamenti, non litterae, sed spiritus: *nam littera*, inquit, *occidit*, *spiritus vivificat*. Littera occidens, quasi lapis est premens.

Removete, inquit, *lapidem*. Removete Legis pondus; gratiam praedicate.

Si enim data esset lex, quae posset vivificare, omnino ex Lege esset iustitia. Sed conclusit omnia Scriptura sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Ergo *removete lapidem*.

23. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat:

Domine, iam fetet; quatruiduanus enim est. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi quoniam si

⁴⁰ Anche “Et dixit” è parte della citazione di Gv 11, 34. In italiano lo evidenzio col corsivo.

⁴¹ Mt 7, 23 Vulg.: “Quia numquam novi vos.”; VL: “Quia non vos novi.”.

⁴² Gn 3, 9 Vulg.: “Vocavitque Dominus Deus Adam, et dixit ei: Ubi es?”; Sabatier in nota: “Auguts. [...] geminat vocem *Adam*, scribendo, *Adam ubi es?* Concinunt Lucif. Cal. Bibl. PP. to. 4. col 182. f. Tertul. l. 2. contr. Marc. p. 653. c. 714. b. & contr. Psych. p. 984. b. Ambros. in Ps. 36. & 39. col. 787. a. 865. d. & l. de Parad. col. 176. f. Nec non Eucher. quaest. in Gen. p. 840. g. Similiter habet Hilar. in Ps. 1. & 119. col. 26. b. 372. c. postposita voce *Adam*, hoc modo, *Ubi es Adam?* Sic etiam Tertul. Contr. Prax. p. 851. b.”.

⁴³ Gv 11, 34. Anche “Dicunt ei” fa parte della citazione; in italiano lo evidenzio col corsivo.

⁴⁴ Sal 24, 18 Vulg.: “Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte universa delicta mea.”; VL: “Vide humilitatem meam, et laborem meum: et remitte omnia peccata mea.”.

⁴⁵ Gv 11, 35-36.

⁴⁶ Gv 11, 37 Vulg.: “Quidam autem ex ipsis dixerunt: non poterat hic, qui aperuit oculos caeci nati, facere ut hic non moreretur?”.

⁴⁷ Gv 11, 38.

⁴⁸ Gv 11, 38.

⁴⁹ cfr 1Tm 1, 9.

⁵⁰ Gv 11, 39.

⁵¹ In realtà 2Cor 3, 6

⁵² Gv 11, 39 Vulg.: “Tollite lapidem”.

si credideris, videbis gloriam Dei?⁵³ Quid est Videbis gloriam Dei? Quia et putentem et quatruiduanum suscitatur. *Omnēs enim peccaverunt, et egent gloria Dei; et ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia* (Rom. III⁵⁴).

*Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem, elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat, dixi, ut credant quia tu me misisti. Haec cum dixisset, voce magna clamavit, fremuit, et lacrymavit.*⁵⁵ Voce magna clamavit, quia difficile surgit, quem moles malae consuetudinis praemisit; sed tamen surgit, cum occulta gratia intus vivificatur. Surgit post vocem magnam. Quid est factum? Voce magna clamavit.

*Lazare, veni foras; et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes et manus; et facies illius sudario erat ligata.*⁵⁶ Quomodo processit ligatis pedibus miraris⁵⁷, et non miraris quia resurrexit quatruiduanus? In utroque potentia Domini erat, non vires mortui. Processit, et adhuc ligatus, adhuc involutus, tamen foras jam processit. Quid significat? Quando contemnis, mortuus jaces; et si tanta quanta dixi contemnas, sepultus jaces; quando confiteris, procedis. Quid est enim procedere, nisi ab occultis velut exeundo manifestari? Sed ut confitearis, Deus facit voce magna clamando, id est, magna gratia vocando. Ideo cum processisset mortuus adhuc ligatus, confitens, et adhuc reus, ut solverentur peccata ejus, ministris hoc dixit: *Solvite illum, et sinite abire.*⁵⁸

Quae solveritis in terra, erunt soluta in caelis. (Matth. XVIII)⁵⁹. Potuit enim ligamenta solvere, qui mortuum resuscitavit; sed propter unitatem sanctae Dei Ecclesiae, et individua charitatem, dicitur ministris, id est, discipulis Christi: *Solvite eum*, quia sine unitate Ecclesiae catholicae fidei, et charitate ecclesiasticae sanctitatis, peccata non solvuntur.

*Multi autem ex Iudaeis qui venerant ad Mariam, et viderant quae fecit Iesus, crediderunt in eum; quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, et dixerunt quae fecit Iesus.*⁶⁰ Non omnes ex Iudaeis qui convenerant ad Mariam, crediderunt, sed tamen multi. Quidam vero ex eis, sive ex Iudaeis, qui convenerant, sive ex eis qui crediderant, abierunt ad Phariseos, et dixerunt quae fecit Iesus, sive annuntiando ut et ipsi crederent, sive potius prodendo ut saevirent. Sed quomodolibet, et a quibuslibet ad Phariseos ista prolata sunt?

*Colligebant pontifices et Pharisei concilium, et dicebant: Quid facimus?*⁶¹ Nec tamen dicebant Credamus. Plus enim perdit homines cogitabant quomodo nocerent ut perderent, quam quomodo sibi consulerent ne perirent; et tamen timebant, et quasi consulebant. Dicebant enim:

*Quid facimus? quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, et venient Romani, et tollent nostrum locum et gentem.*⁶² Temporalia perdere noluerunt, et vitam aeternam non cogitaverunt, ac sic utrumque amiserunt. Nam et Romani post Domini passionem et glorificationem tulerunt eis locum et gentem, et pugnando, et transferendo; et illud eos sequitur, quod alibi dictum est: *Filii autem regni hujus ibunt in tenebras exteriores* (Matth. VIII)⁶³. Hoc autem timuerunt, ne si omnes in Christum crederent, nemo remaneret qui adversus Romanos civitatem Dei templumque defenderet, quoniam contra ipsum templum et contra suas paternas leges doctrinam Christi esse

ho detto che, se crederai, vedrai la gloria di Dio?». Cosa significa: *Vedrai la gloria di Dio?* Che fa risuscitare un morto di quattro giorni che già puzza. *Perché tutti hanno peccato e sono privi della gloria di Dio; e: dove abbondò il peccato, sovrabbondò la grazia* (Rm 5, 20).

Tolsero dunque la pietra. Gesù allora alzò gli occhi e disse: «Padre, ti rendo grazie perché mi hai ascoltato. Io sapevo che mi dai sempre ascolto, ma l'ho detto per la gente che mi sta attorno, perché credano che tu mi hai mandato». Detto questo, gridò a gran voce, fremette, e pianse. A gran voce gridò, perché difficilmente si alza chi ha anteposto la mole delle cattive consuetudini; e tuttavia si alza: perché è vivificato interiormente da una grazia occulta. Si alza a seguito della gran voce. Che cosa è avvenuto? *Gridò a gran voce:*

«Lazzaro, vieni fuori!». Il morto uscì, i piedi e le mani legati [...], e il viso avvolto da un sudario. Ti meravigli per come abbia camminato con piedi e mani legati, e non ti meravigli che sia risorto un morto di quattro giorni? In entrambi [i fatti] c'era la potenza del Signore, non le forze del morto. Venne fuori, ma ancora legato; ancora avvolto, eppure venne fuori. Che significa? Quando disprezzi, giaci morto; e se disprezzi tutto quanto ho detto, giaci sepolto; quando confessi, vieni fuori. Che significa infatti venir fuori, se non manifestarsi come uscendo da nascondigli? Perché tu ti confessi [peccatore], Dio opera chiamando a gran voce, cioè chiamando con grande grazia. E siccome il morto era uscito ancora legato, confessando, ma ancora colpevole, affinché fossero sciolto i suoi peccati, [il Signore] disse questo ai ministri⁷³: *«Liberatelo e lasciatelo andare»*.

Quello che scioglierete sulla terra sarà sciolto in cielo (cf. Mt 18, 18). Poteva infatti sciogliere i legami, lui che aveva risuscitato il morto; ma per l'unità della santa Chiesa di Dio, e la carità dei singoli, viene detto ai ministri, cioè ai discepoli di Cristo: *scioglietelo*, poiché senza l'unità di fede della Chiesa cattolica, e la carità della santità ecclesiale, i peccati non vengono assolti.

Molti dei Giudei che erano venuti da Maria, alla vista di ciò che egli aveva compiuto, credettero in lui. Ma alcuni di loro andarono dai farisei e riferirono loro quello che Gesù aveva fatto. Non tutti fra i Giudei che erano venuti da Maria credettero, però molti. *Ma alcuni di loro*, sia fra i Giudei che erano convenuti, sia fra quelli che avevano creduto, *andarono dai farisei e riferirono quello che Gesù aveva fatto*, sia per recare un annuncio affinché anche essi credessero, sia, piuttosto, per fare rapporto così che si infuriassero. Ma queste cose sono state riferite, comunque e da chiunque, ai farisei?

Allora i capi dei sacerdoti e i farisei riunirono il sinedrio e dissero: Che cosa facciamo? Tuttavia non dicevano: Crediamo! Quegli uomini perversi infatti macchinavano come nuocere per perderlo, piuttosto che consultarsi su come non perire; e tuttavia temevano, e, per così dire, si consultavano. Infatti dicevano:

«Che cosa facciamo? Quest'uomo compie molti segni. Se lo lasciamo continuare così, tutti crederanno in lui, verranno i Romani e distruggeranno il nostro tempio e la nostra nazione». Non vollero perdere le cose temporali, e non pensarono alla vita eterna, e così perdettero le une e l'altra. I Romani infatti, dopo la passione e la glorificazione del Signore, distrussero il loro luogo e la loro nazione, combattendo e deportando; e così successe loro ciò che è detto altrove: *I figli del regno saranno cacciati fuori nelle tenebre* (Mt 8, 12). Ma temettero questo: se tutti avessero creduto in Cristo, non sarebbe rimasto nessuno a difendere la città e il tempio di Dio contro i Romani; perché percepivano la dottrina di Cristo come contraria al tempio stesso e alle

credideris, videbis gloriam Dei? Quid est, *videbis gloriam Dei?* Quia et putentem et quatruiduanum resuscitat. *Omnēs enim peccaverunt, et egent gloria Dei; et: Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia*.

24. *Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me: ego autem sciebam quia semper me audis; sed propter populum qui circumstat, dixi, ut credant quia tu me misisti. Haec cum dixisset, magna voce clamavit.* Fremuit, lacrymavit, voce magna clamavit. Quam difficile surgit, quem moles malae consuetudinis premit! Sed tamen surgit: occulta gratia intus vivificatur; surgit post vocem magnam. Quid est factum? Voce magna clamavit:

Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus et pedes institis; et facies illius sudario erat ligata. Quomodo processit ligatis pedibus miraris, et non miraris quia surrexit quatruiduanus? In utroque potentia Domini erat, non vires mortui. Processit, et adhuc ligatus est: adhuc involutus, tamen iam foras processit. Quid significat? Quando contemnis, mortuus iaces; et si tanta quanta dixi contemnis, sepultus iaces: quando confiteris, procedis. Quid est enim procedere, nisi ab occultis velut exeundo manifestari? Sed ut confitearis, Deus facit magna voce clamando, id est, magna gratia vocando. Ideo cum processisset mortuus adhuc ligatus, confitens et adhuc reus; ut solverentur peccata eius, ministris hoc dixit Dominus:

Solvite illum, et sinite abire?

Quid est: *Solvite illum, et sinite abire?*

Quae solveritis in terra, soluta erunt et in coelo.

25. *Multi ergo ex Iudaeis qui venerant ad Mariam et viderant quae fecit Iesus, crediderunt in eum: quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, et dixerunt eis quae fecit Iesus.* Non omnes ex Iudaeis qui convenerant ad Mariam, crediderunt, sed tamen multi. *Quidam vero ex eis*, sive ex Iudaeis qui convenerant, sive ex eis qui crediderant, *abierunt ad Phariseos, et dixerunt eis quae fecit Iesus*: sive annuntiando, ut et ipsi crederent; sive potius prodendo, ut saevirent. Sed quomodolibet et a quibuslibet, ad Phariseos ista perlata sunt.

26. *Collegerunt pontifices et Pharisei concilium, et dicebant: Quid facimus?* Nec tamen dicebant: Credamus. Plus enim perdit homines cogitabant quomodo nocerent ut perderent, quam quomodo sibi consulerent ne perirent: et tamen timebant, et quasi consulebant. Dicebant enim:

Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit: si dimittimus eum sic, omnes credent in eum; et venient Romani, et tollent nostrum locum et gentem.

Temporalia perdere timuerunt, et vitam aeternam non cogitaverunt; ac sic utrumque amiserunt. Nam et Romani post Domini passionem et glorificationem, tulerunt eis et locum et gentem, expugnando et transferendo:

et illud eos sequitur quod alibi dictum est: *Filii autem regni huius ibunt in tenebras exteriores*. Hoc autem timuerunt, ne si omnes in Christum crederent, nemo remaneret qui adversus Romanos civitatem Dei templumque defenderet; quoniam contra ipsum templum, et contra suas paternas leges doctrinam Christi esse

⁵³ Gv 11, 39-40. L'“enim” proposto da Beda mi sembrerebbe una svista nell'edizione a stampa.

⁵⁴ In realtà Rm 3, 23: “omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei.”; la seconda parte può essere riferita al v. 24, ma è citazione di Rm 5, 20: “Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia”

⁵⁵ Gv 11, 41-43. L'edizione di Beda evidenzia col corsivo anche “fremuit, et lacrymavit”, che non è parte della citazione. In italiano non viene evidenziato col corsivo.

⁵⁶ Gv 11, 43-44.

⁵⁷ È scritto così, ma temo ci sia un “ra” di troppo; oppure potrebbe essere “mirareris”.

⁵⁸ Gv 11, 44.

⁵⁹ Mt 18, 18 Vulg.: “quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo.”.

⁶⁰ Gv 11, 45-46 Vulg.: “Multi ergo ex Iudaeis qui venerant ad Mariam, et Martham, et viderant quae fecit Iesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, et dixerunt eis quae fecit Iesus.”; VL: “Multi ergo ex Iudaeis qui venerant ad Mariam, et viderant quae fecit, crediderunt in eum. Quidam vero ex ipsis abierunt ad Phariseos, et dixerunt eis quae fecit Iesus.”.

⁶¹ Gv 11, 47 Vulg.: “Collegerunt ergo Pontifices et Pharisei concilium, et dicebant: Quid facimus?”

⁶² Gv 11, 47-48. Anche VulgN ha “locum”, che NCEI traduce con “tempio”; personalmente ritengo che possa essere una soluzione, ma non l'unica; ad esempio anche la città santa potrebbe essere un luogo identitario di Israele, come suggerisce il traduttore di Agostino.

⁶³ Mt 8, 12 Vulg.: “Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores.”; “Filii autem regni hujus ibunt in tenebras exteriores.”.

⁷³ Ho deciso di mantenere il termine di “ministri”, invece di tradurre con “servitori”, in quanto mi è sembrato esigerlo l'intonazione spiccatamente sacramentale dell'intero passo.

sentiebant.

*Unus autem ex ipsis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit nobis ut unus homo moriatur pro populo, et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit.*⁶⁴ Hic docuit etiam per homines malos prophetiae Spiritum futura praedicere: quod tamen Evangelista divino tribuit Sacramento quia pontifex fuit,

id est, summus sacerdos. Potest autem movere quomodo dicatur pontifex anni illius, cum Dominus statuerit unum summum sacerdotem, cui mortuo unus succederet. Sed intelligendum per ambitiones et contentiones inter Iudaeos postea constitutum ut plures essent, et per annos singulos vicibus ministrarent; nam de Zacharia hoc dicitur: *Factum est autem cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum, secundum constitutionem sacerdotii, sorte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini (Luc. I).*

Hinc apparet plures eos fuisse,

et vices suas habuisse. Nam incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti⁶⁵;

et sorte etiam unum annum plures administrabant,

quibus alio anno alii succedebant, ex quibus sorte exiebat qui incensum poneret.

Quid est ergo quod prophetavit Caiphas?

*Quia Iesus moriturus erat pro gente; non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi congregaret in unum.*⁶⁶ Hoc evangelista addidit.

Nam Caiphas de sola Iudaeorum gente prophetavit, in qua erant oves, de quibus ait ipse Dominus: *Non sum missus, nisi ad oves quae perierunt domus Israel (Matth. XV).* Sed noverat evangelista alias esse oves, quae non erant de hoc ovili, quas oportebat adduci, ut esset unum ovile et unus pastor (*Joan. X*). Haec autem secundum praedestinationem dicta sunt, quia neque oves ejus, nec filii Dei adhuc erant, qui nondum crediderant.

*Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum. Iesus jam non palam ambulabat apud Iudaeos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in civitate quae dicitur Ephrem, et ibi morabatur cum discipulis suis.*⁶⁷ Non quia potentia ejus defecerat, in qua utique, si vellet, et palam cum Iudaeis conversaretur, et nihil ei facerent. Sed in hominis infirmitate, vivendi exemplum discipulis demonstrabat, in quo apparet non esse peccatum, si fideles ejus, qui sunt membra ejus, oculis persequentium se subtraherent, et furorem sceleratorum latendo potius devitarent.

Sciebat Iesus tempus appropinqasse passionis suae, et redemptionis nostrae. Appropinquante tempore, in quo pati disposuit, appropinquavit ille et loco in quo ejusdem passionis dispensationem perficere voluit. Dicit enim evangelista:

*Proximum erat pascha Iudaeorum.*⁷⁵ Illum diem festum Iudaei cruentum habere Domini sanguine noluerunt.

Illo die festo occisus est Agnus qui vobis eumdem diem festum suo sanguine consecravit. Consilium erat inter Iudaeos de occidendo Iesu. Ille, qui de coelo venerat pati, propinquare voluit loco passionis, quia imminabat hora passionis.

loro paterne leggi.

Ma uno di loro, Caifa, che era sommo sacerdote quell’anno, disse loro: «Voi non capite nulla! Non vi rendete conto che è conveniente per noi che un solo uomo muoia per il popolo, e non vada in rovina la nazione intera!». Questo però non lo disse da se stesso, ma, essendo sommo sacerdote quell’anno, profetizzò. Costui ha insegnato che lo Spirito di profezia annuncia il futuro anche per bocca di uomini malvagi; cosa che tuttavia l’evangelista l’attribuisce al Sacramento divino, per il fatto che [Caifa] era pontefice, cioè sommo sacerdote. Può però sembrare strano come mai si dica “sommo sacerdote per quell’anno”, dato che il Signore aveva stabilito un solo sommo sacerdote, alla morte del quale ne succedesse uno solo. Ma va rilevato che, in seguito, per ambizioni e contese fra i Giudei, si stabilì che fossero più di uno, e che ministrassero ciascuno a turno per un anno; infatti di Zaccaria si dice ciò: *Avvenne che, mentre [...] svolgeva le sue funzioni sacerdotali davanti al Signore durante il turno della sua classe, gli toccò in sorte, secondo l’usanza del servizio sacerdotale, di entrare nel tempio del Signore per fare l’offerta dell’incenso.* (Lc 1, 8-9). Da ciò appare che fossero più di uno, e che avevano i loro turni. Infatti non spettava bruciare l’incenso se non al solo sommo sacerdote; e a sorte anche durante il medesimo anno prestavano servizio in molti, ai quali succedevano altri un altr’anno, e tra questi a sorte si estraeva chi doveva bruciare l’incenso. E cosa profetò Caifa?

Che Gesù doveva morire per la nazione; e non soltanto per la nazione, ma anche per riunire insieme i figli di Dio che erano dispersi. Questo lo ha aggiunto l’evangelista. Infatti Caifa profetò della sola nazione dei Giudei, nella quale si trovavano le pecore di cui il Signore disse: *«Non sono stato mandato se non alle pecore perdute della casa d’Israele»* (Mt 15, 24). Ma l’evangelista sapeva che c’erano altre pecore che non erano di quell’ovile, e che dovevano essere radunate, in modo che vi fosse un solo ovile, e un solo pastore (cfr Gv 10, 16). Tutto questo, però, è detto secondo la predestinazione, in quanto quelli che ancora non avevano creduto in lui, non erano ancora né sue pecore né figli di Dio.

Da quel giorno dunque decisero di ucciderlo. Gesù dunque non andava più in pubblico tra i Giudei, ma da lì si ritirò nella regione vicina al deserto, in una città chiamata Èfrain, dove rimase con i discepoli. Non perché gli fosse venuta meno la sua potenza, con la quale di certo, se avesse voluto, avrebbe frequentato pubblicamente i Giudei, e non gli avrebbero fatto nulla. Ma nella debolezza di uomo offriva ai discepoli l’esempio di come vivere; ove appare che non c’è peccato, se i suoi fedeli, che sono sue membra, si sottraggono alla vista dei loro persecutori; e semmai sfuggono al furore degli scellerati nascondendosi.

Gesù sapeva che si stava avvicinando il tempo della sua passione, e della nostra redenzione. Avvicinandosi il tempo, in cui aveva disposto di patire, egli si appropinquò anche al luogo in cui volle portare a termine l’economia della medesima passione. Dice infatti l’evangelista:

Era vicina la Pasqua dei Giudei. I Giudei non vollero insanguinare quel giorno festivo con il sangue del Signore. In quel giorno di festa fu ucciso l’Agnello, che con il suo sangue consacrò per voi tale giorno di festa. I Giudei tennero consiglio per uccidere Gesù. Egli, che era venuto dal cielo a patire, volle avvicinarsi al luogo della passione, perché era imminente l’ora della passione.

sentiebant.

27. Unus autem ex ipsis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit. Hic docemur etiam per homines malos prophetiae Spiritum futura praedicere: quod tamen Evangelista divino tribuit sacramento, quia pontifex fuit,

id est, summus sacerdos. Potest autem movere quomodo dicatur pontifex anni illius, cum Deus unum constituerit summum sacerdotem, cui mortuo unus succederet. Sed intellegendum est, per ambitiones et contentiones inter Iudaeos postea constitutum ut plures essent, et per annos singulos vicibus ministrarent. Nam et de Zacharia hoc dicitur: *Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini.*

Hinc apparet plures eos fuisse,

et vices suas habuisse: nam incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti.

Et forte etiam unum annum plures administrabant,

quibus alio anno alii succedebant, ex quibus sorte exibat quis, ut incensum poneret.

Quid est ergo quod prophetavit Caiphas?

Quia Iesus moriturus erat pro gente; et non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Hoc Evangelista addidit:

nam Caiphas de sola gente Iudaeorum prophetavit, in qua erant oves

de quibus ait ipse Dominus: *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel.*

Sed noverat Evangelista esse alias oves,

quae non erant de hoc ovili, quas oportebat adduci, ut esset unum ovile et unus pastor.

Haec autem secundum praedestinationem dicta sunt:

nam neque oves ejus, nec filii Dei adhuc erant,

qui nondum crediderant.

28. Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum. Iesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudaeos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in civitatem quae dicitur Ephrem, et ibi morabatur cum discipulis suis. Non quia potentia ejus defecerat, in qua utique si vellet, et palam Iudaeis conversaretur, et nihil ei facerent; sed in hominis infirmitate vivendi exemplum discipulis demonstrabat, in quo appareret non esse peccatum, si fideles ejus qui sunt membra ejus, oculis persequentium se subtraherent, et furorem sceleratorum latendo potius devitarent, quam se offerendo magis accenderent.

TRACTATUS L

Iesus ante sex dies Paschae venit Bethaniam. Fecerunt ei coenam ibi (Io 11, 55-56 et 12, 1-11).

Quid voluit Dominus noster Iesus Christus admonere ecclesiam suam, quando unum perditum inter duodecim habere voluit, nisi ut malos toleremus, nec corpus Christi dividamus?

1. Hesternam lectionem sancti Evangelii, de qua locuti sumus quod Dominus dedit, hodierna sequitur, de qua locuturi sumus quod Dominus dabit. Quaedam in Scripturis tam manifesta sunt, ut potius auditorem quam expositorem desiderent: in eis nos immorari non oportet, ut necessariis in quibus immorandum est, tempus sufficiat.

Venit Dominus ut verum Pascha nos haberemus.

2. *Proximum ergo erat Pascha Iudaeorum.* Illum diem festum Iudaei cruentum habere Domini sanguine voluerunt.

Illo die festo occisus est Agnus, qui nobis eumdem diem festum suo sanguine consecravit. Consilium erat inter Iudaeos de occidendo Iesu: ille qui de coelo venerat pati, propinquare voluit loco passionis, quia imminabat hora passionis.

⁶⁴ Gv 11, 49-51 Vulg.: “Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit.”; VL: “Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit illis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dicebat: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit.”. NCEI, secondo Vulg., traduce: “... è conveniente per voi”; adeguo il pronome alla versione di Beda.

⁶⁵ cfr Es 30, 7.

⁶⁶ Gv 11, 51-52.

⁶⁷ Gv 11, 53-54.

⁷⁵ Gv 11, 55.

*Ascenderunt ergo multi in Jerosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsos.*⁷⁶ Hoc faciebant Iudaei secundum praeceptum Domini per sanctum Moysen in lege datum, ut die festo quod Pascha erat omnes undique convenirent, et illius diei celebratione sanctificarentur. Sed illa celebratio umbra erat futuri.

Quid est umbra futuri? Prophetia Christi venturi, prophetia pro nobis illo die passuri, ut transiret umbra, et lux veniret; ut transiret significatio, et veritas teneretur.

Habebant ergo Iudaei Pascha in umbra, nos in luce. Quid enim opus erat ut Dominus eis praeciperet per ipsum diem festum ovem occidere (*Exod. XII*), nisi quia ille erat de quo prophetatum est: *Sicut ovis ad immolandum ductus est (Isai. LIII)*⁷⁷? Sanguine occisi pecoris Iudaeorum postes signati sunt; sanguine Christi frontes nostrae signantur: et illa significatio, quae erat sanguinis agni aspersio, ab omnibus signatis prohibens exterminatorem⁷⁸, in veritate exhibita est, cum Christus pro nobis occisus est, ne timeamus diabolum

exterminatorem, si cor nostrum recipiat Salvatorem.

Quaerebant, inquit evangelista, *Jesum, et colloquebantur ad invicem, stantes in templo: Quid putatis, quia non venit ad diem festum?*⁷⁹

Quaerebant ergo Iudaei Jesum, sed male. Quaerebant enim ut venientem ad diem festum interficerent. Quaeramus autem nos illum stantes in templo Dei, et perseverantes unanimiter in oratione, et colloquamus ad invicem in psalmis, hymnis, canticis spiritualibus in gratia, postulantes ipsum ut venire ad diem festum nostrum, ut sua nos praesentia illustrare, sua ipse nobis dona sanctificare dignetur.

*Dederant autem pontifices et Pharisei mandatum, ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.*⁸⁰

Mandatum ergo Iudaeorum peccatum est. Quaerebant Christum occidere, non in Christo vivere. Quaeramus nos in Christo vivere, quem illi quaerebant occidere. Illi male quaerebant, nos bene quaeramus; nam nunc est tempus quaerendi Dominum, sicut propheta ait: *Quaerite Dominum dum inveniri potest (Isai. LV)*. Qui misericordem eum invenire velit in iudicio, quaerat modo in humilitatis et charitatis officio.

E molti dalla regione salirono a Gerusalemme prima della Pasqua per purificarsi.

I Giudei facevano ciò secondo il precetto del Signore, dato nella legge loro per mezzo del santo Mosè: che per la festa di Pasqua da ogni parte tutti convenissero e si santificassero mediante la celebrazione di quel giorno. Ma quella celebrazione era ombra di quanto doveva avvenire⁸¹. Che significa: ombra del futuro? Profezia del Cristo venturo, profezia che avrebbe patito per noi in quel giorno; perché l'ombra trascorresse e venisse la luce, perché la figura trascorresse e la verità fosse ritenuta. I Giudei, dunque, possedevano la Pasqua come ombra, noi come luce. Che necessità c'era infatti che il Signore prescrivesse loro di uccidere l'agnello in quel giorno di festa (cfr Es 12, 3. 6), se non perché egli era colui del quale era stato profetato: *era come agnello condotto al macello (Is 53, 7)?* Le porte dei Giudei furono segnate col sangue di un animale ucciso; le nostre fronti vengono segnate col sangue di Cristo.

E quel simbolo, che era l'aspersione col sangue dell'agnello, per tener lontano lo sterminatore da quanti erano segnati, si è palesato nella verità quando Cristo è stato ucciso per noi, perché non abbiamo a temere

lo sterminatore, se il nostro cuore accoglie il Salvatore.

Cercavano, dice l'evangelista, *Gesù, e, stando nel tempio, dicevano tra loro: «Che ve ne pare? Non verrà alla festa?»*

Dunque i Giudei cercavano Gesù, ma male. Cercavano infatti per ucciderlo quando fosse giunto per la festa. Cerchiamolo piuttosto stando nel tempio di Dio, e perseverando unanimi nella preghiera, e colloquiamo a vicenda con salmi, inni, cantici spirituali, nella grazia, chiedendogli di venire al nostro giorno di festa, per degnarsi di illuminarci con la sua presenza, santificarci coi suoi doni.

Intanto i capi dei sacerdoti e i farisei avevano dato ordine che chiunque sapesse dove si trovava, lo denunziasse, perché potessero arrestarlo.

Dunque l'ordine dei Giudei è peccato. Cercavano di uccidere Cristo, non di vivere in Cristo. Cerchiamo noi di vivere nel Cristo, che quelli cercavano di uccidere. Quelli cercavano male, noi cerchiamo bene. Infatti ora è tempo di cercare il Signore, come dice il profeta: *Cercate il Signore, mentre si fa trovare (Is 55, 6)*. Chi lo vuol trovare misericorde nel giudizio, lo cerchi ora in atto di umiltà e carità.

Ascenderunt ergo multi Ierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsos. Hoc faciebant Iudaei secundum praeceptum Domini, per sanctum Moysen in Lege mandatum, ut die festo quod Pascha erat, omnes undique convenirent, et illius diei celebratione sanctificarentur. Sed illa celebratio umbra erat futuri.

Quia est, umbra futuri? Prophetia Christi venturi, prophetia pro nobis illo die passuri: ut transiret umbra, et lux veniret; ut transiret significatio, et veritas teneretur.

Habebant ergo Iudaei Pascha in umbra, nos in luce. Quid enim opus erat ut eis Dominus praeciperet per ipsum festum diem ovem occidere, nisi quia ille erat de quo prophetatum est: *Sicut ovis ad immolandum ductus est*. Sanguine occisi pecoris Iudaeorum postes signati sunt; sanguine Christi frontes nostrae signantur.

Et illa signatio, quia erat significatio, dicta est a domibus signatis exterminatorem prohibere: signum Christi a nobis repellit

exterminatorem, si cor nostrum recipiat Salvatorem.

Quare hoc dixi? Quia multi postes habent signatos, et intus non manet habitator: facile habent in fronte signum Christi, et corde non recipiunt verbum Christi. Ideo dixi, fratres, quod repeto, signum Christi a nobis repellit exterminatorem, si cor nostrum habeat Christum habitatorem. Haec dixi, ne quis forte cogitaret quid sibi vellent ista festa Iudaeorum. Venit ergo Dominus tamquam ad victimam, ut verum Pascha nos haberemus, cum eius passionem tamquam ovis immolationem celebraremus.

3. Quaerebant ergo Iesum: sed male. Beati enim qui quaerunt Iesum, sed bene. Illi quaerebant Iesum, ut nec ipsi haberent eum, nec nos: sed ab ipsis abscedentem suscepimus nos. Reprehenduntur qui quaerunt, laudantur qui quaerunt: animus enim quaerentis aut laudem invenit, aut damnationem. Habes enim et in Psalmis: *Confundantur et reveantur, qui quaerunt animam meam*: isti sunt qui male quaerebant. Alio autem loco dicit: *Periit fuga a me, et non est qui requirat animam meam*. Culpantur qui quaerebant, culpantur qui non quaerebant. Ergo quaeramus Christum ut habeamus; quaeramus ut teneamus, sed non ut occidamus: nam et illi ideo quaerebant ut tenerent, sed ut cito non haberent.

Quaerebant ergo, et loquebantur inter se: Quid putatis, quia non venit ad diem festum?

Veniant ad Ecclesiam, audiant ubi sit Christus.

4. Dederant autem pontifices et Pharisei mandatum, ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Nos indicemus modo Iudaeis, ubi sit Christus. Utinam velint audire et apprehendere quicumque sunt ex semine illorum, qui dederant mandatum ut indicaretur eis ubi esset Christus. Veniant ad Ecclesiam, audiant ubi sit Christus, et apprehendant eum. A nobis audiant, ex Evangelio audiant. Occisus est a parentibus eorum, sepultus est, resurrexit, a discipulis agnitus, ante oculos eorum ascendit in coelum, ibi sedet ad dexteram Patris; qui iudicatus est, venturus est iudex: audiant, et teneant. Respondent: Quomodo tenebo absentem? quomodo in coelum manum mittam, ut ibi sedentem teneam? Fidem mitte, et tenuisti. Parentes tui tenuerunt carne, tu tene corde: quoniam Christus absens etiam praesens est. Nisi praesens esset, a nobis ipsis teneri non posset. Sed quoniam verum

⁷⁶ Gv 11, 55.

⁷⁷ Is 53, 7 Vulg.: "sicut ovis ad occisionem ducetur,"; Sabatier in nota: "Ambrosiast. col. 160. c. *ut ovis ad immolandum ductus est*. [...] Augustinus [...] Fulgent. l. 3. ad Trasim. c. 29. p. 135. a. [...] *ut ovis ad immolandum ductus est* [...] & l. cont. Fastid. c. 8. p. 348. *Sicut ovis ad immolandum ductus est* [...] Anonym. vero ex Synodico, adv. tragoed. Iren. c. 225. Conc. Baluz. [...] *ut ovis ad immolandum ductus est*, [...] Auct. l. de promiss. p. 2. c. 5. p. 129. a. *sicut ovis ad immolandum ductus est*,".

⁷⁸ cfr Es 12, 22-23.

⁷⁹ Gv 11, 56.

⁸⁰ Gv 11, 57.

⁸¹ "futuri", se non erro, può essere sia maschile che neutro, quindi sia "di ciò che deve avvenire", sia "di colui che deve venire". Personalmente, consapevole che Beda subito spiega "futuri" applicandolo a Cristo, opto tuttavia per la prima soluzione in quanto mi sembra che abbia posto la domanda riferendosi all'economia della salvezza per poi concretizzarla realizzata in Cristo.

est, quod ait: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*; et abiit, et hic est; et rediit, et nos non deserit: corpus enim suum intulit coelo, maiestatem non abstulit mundo.

SEQUITUR